Manoscritti
Conventi
B
VII
1166

Manoscritti
Conventi
B
7
1166

1166 B 7

Liber Varii
orum operum
&
auctorum
tom. VII.

Manoscritti.
Conventi.
B
7
1166

Car...li
n. 1...

[illegible]

consummationis et non erunt.
Et scient quia ds dnabitr iacob
et finium terre.
Conuertentur ad uesperam et famem
patientur ut canes. et circuibunt
ciuitatem. Ipsi dispergentur
ad manducandum. si uero non
fuerint saturati et murmurabunt.
Ego aut cantabo fortitudinem
tuam. et exaltabo mane misericordiam
tuam. Quia factus es suscep
tor mis et refugium meum. in
die tribulationis mee.
Adiutor mis tibi psallam. quia
ds susceptor mis es. ds mis misericordia
mea. LVIIII. In finem pro his
qui commutabuntur in titulum
scriptionis ipsi dauid. In doc
trinam cum succendit mesopota

[illegible]

V[t quid gloriaris] ...
iniquitatem magis quam loqui
equitatem. Dilexisti omnia
uerba precipitationis. lingua
dolosa. Propterea ds destru
et te in finem. euellet te
et emigrabit te de tabernacu
lo. et radicem tuam de terra
uiuentium. Videbunt iu
sti et timebunt et super eum
ridebunt et dicent. Ecce
homo qui non posuit dm ad
iutorem suum. Sed sperauit
in multitudine diuitiarum
suarum. et preualuit in uanitate
sua. Ego aut sicut oliua
fructifera in domo di. speraui
in misericordia di in eternum et in seculum
seculi. Confitebor tibi in seculum
quia fecisti. et expectabo no-

[illegible]

men tuum qui bonum in con
spectu scorum. Lu
In finem pro amalech. intellec
tus david.

DIXIT INSIPI
ENS IN CORDE
suo. non est deus.
Corrupti sunt et
abominabiles facti sunt in
iniquitatibus. non est qui faciat
bonum. Deus de celo prospexit
super filios hominum. ut videat
si est intellegens aut requirens
deum. Omnes declinaverunt
simul inutiles facti sunt. non
est qui faciat bonum. non est
usque ad unum. Nonne scient
omnes qui operantur iniquitatem. qui
devorant plebem meam ut ci

civitatem. Ecce loquentur
in ore suo. et gladius in labiis
eorum quoniam quis audivit.
Et tu domine deridebis eos. ad ni
chilum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te cu
stodiam. quia deus susceptor
meus. deus meus misericordia eius preveniet
me. Deus ostendit michi
super inimicos meos. ne occidas
eos. nequando obliviscantur populi
mei. Disperge illos in virtute
tua. et depone eos protector
meus domine. Delictum oris eorum
sermonem labiorum ipsorum.
et comprehendantur in superbi
a sua. Et de execratione
et mendatio annuntiabun
tur in consumatione. in ira

Et eos quidem quoniam noluerunt de risione dignos ostendes. scilicet omnes de gentibus credentes deduces ad nichilum. in eo uidelicet quod peccatores erant. nichil eos esse facies. cum enim impios constituunt. iam non erunt.

Tu quidem credentes homo deduces ad nichilum. ego custodiam forti tudinem meam. mea uidelicet seruabunt patientiam et constantiam in tribulationibus referendo illam ad te. unitati imputabunt et ascribent omnem suam fortitudinem. quia tu es deus id est creator. et susceptor meus id est moyses. qui illos sursum capies et ad immortalitatem perduces. non utitur suas auditores. et cum ipse sit deus meus. misericordia eius auxilium uidelicet gratie eius preueniet me id est moyses. nullus enim eorum precedentibus meritis.

Dicet aliquis. tu quidem o christe dixisti quod deus in futuro deridebit incredulos. sed quare eorum uindicta differtur. et statim perdunt. Responsio. Deus ostendit michi. ac si dicat. Ideo non statim perdunt. quia deus pater inspirauit michi. in dico facto super inimicos meos. quod inspirauit. ut sic pulsi orarem. pater ne occidas eos. id est non de etiam penitus deleas eos. sed serua. nequando populi qui me crediti sunt obliuiscantur mei id est beneficiorum que uicti cessi. ac si dicat. Adhuc semper seruentur ut beneficia mea ad memoriam credentibus reuocent. cum dixerunt me a sensimoribus illusum. et crucifixum. ut ideo seruent. nequando populi id est eorum reliquie que circa finem mundi erunt conuertende. obliuiscantur mei id est mine credentes nonpossint. cum nullus eorum reliquus fuit.

Ideo propter delictum oris eorum. ut perfecte ita fieri. nam ipsi annuntiabuntur id est predicabunt. et sanabunt. et emendabuntur de execratione id est de his quod mea ubique secunda ... et de mendacio quod me dicunt filium non fuisse. et purum hominem credidere. me non resurrexisse dixere. et sanabunt. quod ponentur in consumatione id est in perfectione uirtutum. et quod

non proposuerunt dm̄ an con
spectum suū. Ecce enim
ds̄ adiuuat me. dn̄s susceptor
anime mee. Auerte mala
inimicis meis. in ueritate tua
disp̄de illos. Voluntarie
sacrificabo tibi. et confite
bor nomini tuo dn̄e quoniā
bonum ē. Q m ex omni tribu
latione eripuisti me. et sr̄
inimicos meos despexit ocu
lus meus. L IIII. In finem
in carminibus. intellectus
dauid.

Exaudi deus
orom meā et ne dispexeris
dep̄catio em meā. intende

Idō aut̄ p̄cor ut me exaudias. qm̄ petendi auxi
lii — mi chi incumbit necessitas. contrista
tus sum enim in exercitatione mea. exercebam
me siquidem p̄ salute iudeoꝝ. s; quia exercitatio mā
non p̄fecit. eoq; ipsi conuti noluerunt. idō contristatus sū
deeoꝝ p̄ditione. et etiam sum conturbatus a uoce inimi
ci. dicentis michi demonium h̄s. et filius es fabri. et sa
maritanus. Sum etiam conturbatus a tribulatione pec
catoris. uidet̄ p̄p̄t flagra uerba. tribulationes quas
in iudaicus p̄p̄ls ingerebat. quidē peccator. eo quod
plenus eēt uniuersa plenitudine uitioꝝ.

contingeret illi. Ad nichilū
deuenient tamquam aqua
decurrens. intendit arcum
suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferen
tur. sup̄cecidit ignis et nō
uiderunt solem. Priusquā
intelligerent spine ure ram
num. sicut uiuentes sicut
in ira absorbet eos.
Laetabitur iustus cum uiderit uin
dictam. manus suas laua
bit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo si utiq; est fruc
tus iusto. utiq; ē ds̄ iudicans
eos in terra. L VIII. In finem
ne disp̄das dd̄ in titulo inscp

E rip̄se iustus hō. ad totius rationa lis. dicet. i. aps̄ep sum reputabit. utiq; ē ds̄ iudicans eos in tra. q̄ ē di cē. iustus est ds̄ nb̄ quod ultra positū. et rems uoluptatib; dedito. ad huc p̄mitt sordescere: cū sint in sordib;. qd̄ p̄bat a contrio. Si utiq; ē fructū iusto. Ac si dicat. Sic rectum est. ut iustus iustificet adhuc. p̄ trato rectum ē. ut qui est in sordibus sordescat adhuc.

... ei decta uiuentium. Aliter
P otest & h aliē intelligi. ds̄ bona contrione
conteret. & bona confractione confringet.
dentes in molas eoꝝ. i. aptas & occultas
contradictiones eoꝝ. ut qui p̄us in malo con
spirauant. dein in bono consentiant. & hoc
fieri possit. deuenient ad nichilum. quia
peccata ab eis poenitus auferent̄. h aut̄ idō
ei ētinget quia ds̄ intendit arcum suū. co
minabit̄ scīt eis iudicium suū. in q̄ acrīt
punient̄ n̄ conūtant̄. & h eis faciet donec in
firment̄. i. in peccatis poenitus debilitant̄.
& in iustitia confirmentur.

E t non tantū h eis faciet. s; etiam deueni
ē ad nichilum dignitatem uidet regni
& sacerdotii poenitū amittent. & hoc
tanq aqua decurrens. sicut eni torrens
hyemalib; pluuiis spumans in estate defic
& non apparet. ita eoꝝ fastus & sup̄bia ab eis
transibit. h aut̄ eis continget. q̄a ds̄ intendit
arcū suū. exercebit in eos uidet duplicem
uindictā suā. dapnationē scīt eternam. & ro
manoꝝ uindictā. Arcus eni parcu qui duo
h̄t cornua. dupplex intelligit̄ ultio. & tam
diu in eos exercebit uindictam suā. donec
a statu sup̄bie in quo sunt deiciant̄.

N on expresse determinat romanoꝝ uindic
tā. Ipsi auferent̄ p̄ diuisas scīt natio es
disp̄gitur. ad similitudinē cere. q̄ a tac
tu ignis liq̄ facta disp̄git̄. & artificis police
seqt̄. sic et ipsi a romanoꝝ libitum. p̄ diu
sas tras ducent̄. h aut̄ idō eis continget. q̄a
nō uider̄ solem. in est scīt solem iustitie cog
scē noluert̄. Idō aut̄ me non cognouert̄.
quia ignis p̄ue concupiscentie. cecidit ad
sup̄andum eos.

D ico q̄ ignis cecidit sup̄ eos. & ille ignis absor
bet & p̄ absorbebit. i. deglutiet eos. & adomni
modam dapnationē deducet eos. et mito q̄a
et sic uiuentē. i. n̄ue uiuentē. q̄ si in tiū mor
tui. ille n̄ue uiui. q̄ in honeste uiuendo ui
tas p̄petuā nō acqrit. Vt sic uiuentē. q̄ si
scienter peccantes. & q̄ in talē est. nō solū in
futo dapnabunt̄. s; et h̄ er sic in ira. suf
ferret scīt romanoꝝ uindictā. q̄ uis dicen
da uē ira. ad cōpatione future ire. Ostendit aū
q̄ nō ille ignis eos debeat deglutire. Ac si dicat.

I psi q̄ h̄ & uī fitō punient̄. s; iustū letabit̄. cū uiderit ipi
oꝝ uindictā. nō q̄ de eoꝝ p̄ditioē exultat. s; quia de
sui libatione neccis conformaret̄ gaudebit. & considan
do uindictā inpioꝝ. lauabit manus suā. emundabit uidet. et
corriget opa sua. siquid in eis rep̄hensibile senserit. & h faciet in
sanguine peccatoꝝ. i. in c̄sidatione uindicte quā peccatore
subibit. q̄a sanguis p̄ peccato ponit̄. & de peccato uindicta seqt̄.
recte uindicta p̄ sanguinem intelligitur.
igne deglutiendos. q̄a se se intelligat puniendos. qui q̄s q̄ peccatis in modātē dedit. n̄ p̄ eccq̄ uat puniendū. h continuū
ad suppliciū. Ramnū aū idō p̄ poena posuit. q̄ in p̄ ramnum peccati delectio expr... uī pena acqrit̄. Aliter. Si ypalage. i.
casuum mutationē facē uolumꝰ. ita dicemꝰ. Priusquā ramnus intelligat... peccati delectatio cognoscat pun
gentes penas quam estis passuri

g'n̄i dapnationis etne uos oīundi inuoluet p̄ us quā
spine ure intelligat ranu. i. p̄ q̄a uos peccatoꝝ
spini obsiti intelligati. penā que uob p̄ peccati
delectatioē inminent. Ramnū q̄ppe q̄dam est
herba. p̄mū suauis atq; tractabit. s; p̄t modū effi
cit aspa spinaꝝ icremti. Ramnū q̄ significat̄ pec
cati delectatio. q̄ p̄ us q̄de mulcet. s; tande cū
punit̄ pungit. Idō aut̄ dic eos p̄ us eē dapnationis

[illegible]

men tuum quibonum incon
spectu scorum tuorum. LI
In finem pamalech. intellec
tus david.

Dixit insipi
ens incorde
suo. non est deus.
Corrupti sunt et
abominabiles facti sunt in
iniquitatib; . non est qui faciat
bonum. Ds decelo prospex
super filios hominum. ut videat
si est intellegens aut requirens
dm. Omnes declinaverunt
simul inutiles facti sunt. non
est qui faciat bonum. non est
usq; adunum. Nonne scient
omnes quioperant iniquitatem. qui
devorant plebem meam ut ci

Et quare boni non operant. ido certe quia inme non credunt. [illegible]

Deus ut orationem meam exaudias. et iustum est quia sponte mea. non coacte. sed voluntarie. offeram me tibi sacrificium [illegible]

[illegible]

civitatem. Ecce loquentur
inore suo. et gladius inlabi
eorum quoniam quis audivit
Et tu dne deridebis eos. adni
chilum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te cu
stodiam. quia ds susceptor
meus. ds meus mia eius preveniet
me. Ds ostendit michi
super inimicos meos. ne occidas
eos. nequando obliviscantur popli
mei. Disperge illos invirtute
tua. et depone eos protector
meus dne. Delictum oris eorum
sermonem labiorum ipsorum.
et comprehendantur in superbi
a sua. Et de execratione
et mendatio annuntiabun
tur in consumatione. in ira

[illegible]

Et eos quidem quoniam noluunt de risione dignos ostendes. s; omnes de gentibus credentes deduces adnichilum. ineo uidelicet quod peccatores erant. nichil eos esse facies. cum enim impios constituit. ia non erunt.

Tu quidem credentes hmo deduces adnichilum. ego custodiam fortitudinem meam. mei uidelicet servabunt patientiam et constantiam in tribulationibus referendo illam adte. [illegible]

Dicet aliquis. tu quidem expe dixisti. quod ds infuturo deridebit incredulos. sed quare eorum uindicta differtur. [illegible]

[illegible]

orisme(i). Q(uoniam) alieni insurre
xerunt adversum me. et fortes
quesierunt animam meam. et
non proposuerunt deum ante con
spectum suum. E(cce) ecce enim
deus adiuvat me. dominus susceptor
anime mee. A(verte) mala
inimicis meis. in veritate tua
disperde illos. V(oluntarie)
sacrificabo tibi. et confitebor
nomini tuo domine quoniam
bonum est. Q(uoniam) ex omni tribu
latione eripuisti me. et super
inimicos meos despexit ocu
lus meus. LIIII. In finem
in carminibus. intellectus david.
Exaudi deus
orationem meam et ne despexeris
deprecationem meam. intende

Ido autem precor ut me exaudias. quia in petendi auxi lii — michi incumbit necessitas. contristatus sum enim in exercitatione mea. exercebam me siquidem pro salute iudeorum. sed quia exercitatio mea non profecit. eo quod ipsi converti noluerunt. ideo contristatus sum de eorum perditione. et etiam sum conturbatus a voce inimici. dicentis michi demonium habes. et filius es fabri. et samaritanus. Sum etiam conturbatus a tribulatione peccatoris. videlicet propter flagra et verbera. et tribulationes quas iudaicus populus ingerebat. quidam peccator. eo quod plenus esset universa plenitudine vitiorum.

ent. D(eus) conteret dentes eorum
in ore ipsorum. molas leonum
confringet dominus. A(d nichilum)
devenient tamquam aqua
decurrens. intendit arcum
suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferen
tur. supercecidit ignis et non
viderunt solem. P(riusquam)
intelligerent spine vestre ram
num. sicut viventes sicut
in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit vin
dictam. manus suas lava
bit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo si utique est fruc
tus iusto. utique est deus iudicans
eos in terra. LVIII. In finem
ne disperdas david in tituli inscriptione.

Ipsi quidem hoc a(d)versus futuro punientur. sed iustus letabitur. cum viderit ipsorum vindictam. non quod de eorum perditione exultat. sed quia de sui liberatione necessario conformaretur gaudebit. et considerando vindictam impiorum. lavabit manus suas. emundabit videlicet. et corrigat opera sua. siquid in eis reprehensibile senserit. et hoc faciet in sanguine peccatorum. id est in consideratione vindicte quam peccatores subibunt. quia sanguis pro peccato ponitur. et de peccato vindicta sequitur. recte vindicta per sanguinem intelligitur.

ore ipsorum. in ipsa videlicet prolatione ipsorum. hec quando me temptare volentes. utrum cesari censum dari liceret interrogaverunt. cum michi ... respondere ... intituli ... reddent. et que cesaris. cesari exhibent. Mo las leonum confringent dominus. Ille videlicet qui dominus est. et potius inefficaces reddet occultas et fortiores detectione eorum in quo de morte mea occulte tractabant dicentes. Ecce totus mundus post eum abiit. Mittamus lignum in panem eius. et eradamus eum de terra viventium. Et.

Potest et hoc aliter intelligi. deus bona contritione conteret. et bona confractione confringet. dentes et molas eorum. id est aptas et occultas contradictiones eorum. ut qui prius in malo conspiraverant. dein in bono consentiant. et hoc fieri possit. devenient ad nichilum. quia peccata ab eis poenitus auferentur. Hoc autem ideo eis contingit quia deus intendit arcum suum. eo minabitur scilicet eis iudicium suum. in quo acriter punientur nisi convertantur. et hoc eis faciet donec infirmentur. id est in peccatis poenitus debilitentur. et iniustitia confirmentur.

Et non tantum hoc eis faciet. sed etiam devenient ad nichilum dignitatem videlicet regni et sacerdotii poenitus amittent. et hoc tamquam aqua decurrens. sicut enim torrens hyemalibus pluviis spumans in estate deficit et non apparet. ita eorum fastus et superbia ab eis transibit. Hoc autem eis contingit. quia deus intendit arcum suum. exercebit in eos videlicet duplicem vindictam suam. dampnationem scilicet eternam. et romanorum vindictam. Arcus enim parcus quidem duo habet cornua. dupplex intelligitur ultio. et tamdiu in eos exercebit vindictam suam. donec a statu superbie in quo sunt deiciantur.

Non expresse determinat romanorum vindictam. Ipsi auferentur per diversas scilicet nationes dispergentur. ad similitudinem cere. que ad actum ignis liquefacta dispergitur. et artificis pollicem sequitur. sic et ipsi ad romanorum libitum. per diversas terras ducentur. Hoc autem ideo eis contingit. quia non viderunt solem. nescierunt solem iustitie cognoscere noluerunt. Ideo autem me non cognoverunt. quia ignis prave concupiscentie. cecidit ad superandum eos.

Dico quod ignis cecidit super eos. et ille ignis absorbebit. et absorbebit. et deglutiet eos. et ad omnimodam dampnationem deducet eos. et mirito quia sunt sic viventes. id est nunc viventes. quasi in tantum mortui. ille enim nunc vivit. qui in honeste vivendo vitam perpetuam non acquirit. Vel sic viventes. qui scienter peccantes. et qui in tale est. non solum in futuro dampnabuntur. sed etiam hic et sic in ira. sufferret scilicet romanorum vindictam. quasi diceret davidem. ad comparationem future ire. Ostendit autem quomodo ille ignis eos debeat deglutire. Acsi dicat. igni dampnationis eterne vos omnino involvet prius quam spine vestre intelligant ramnum. id est prius quam vos peccatorum spinis obsiti intelligatis. penam que vobis pro peccati delectatione imminent. Ramnus quippe quedam est herba. primum suavis atque tractabilis. sed postmodum efficitur aspera spinarum incrementis. Per ramnum quoque significatur peccati delectatio. que prius quidem mulcet. sed tandem cum punit pungit. Ideo autem dicit eos prius esse dampnationis immodatione deductos. nisi se cognoverint puniendum. et convertantur ... peccati delectatio ex ... in pena acquirit. Et. Si ypalage. id est ... peccati delectatio cognoscat pun

igne deglutiendos. quasi se intelligant puniendos. quisquis peccatis immodatione deductus ... ad supplicium. Ramnum autem ideo pro poena posuit. quia in primum peccati delectatio ... casuum mutationem facere volumus. ita dicemus. Priusquam ramnus intelliga... gentes penas quam estis passuri.

Eripe me iustus homo. ... rationa... bis. ... sunt reputabit. utique est deus iudicans eos in terra ...

... aliene insur... averte mala ... in futuro ... in modo disperde ... quod mali sunt ... non do eos incogni... ... tua. ... ... plex. Et. Quam ... michi ... ... dando ... dampna illos in ... iudicio tuo.

... tribulatione. ... passione. ... ... retentati. ... libas. ideo ... mea videlicet. super inimicos meos de... ... dignos ...

... intellectus david. ... psalmi non ... tribuitur david. ... in finem. id est ... patre sibi ... ... in psalmo ... ... in tribula... ... non conturbe... ... ipsas alacri... ... pillas ad eterna ...

psalmo est. ... passus. ... ... in tribulationibus ... ad o peta ... sicut ipse passi ... a patre ... ad patrem ...

... mea. Acsi di... tribulationibus posi... salutem meo ... ego in tribulatione ... dicens. ... quam facio ... succumbam. ... ne despexeris ... dicat. ... nontibi ... tibi offero ... ad dextram ... ... sit... ... vitandis.

quod prefiguratum est in superscriptione tituli. tituli dico facti. quando saul id est iudaicus populus qui christi mortem appetebat. misit ad domum eius id est direxit milites ad custodiendum sepulchrum eius. ut interficerent eum. non quia iam mortuum possent occidere sed ut eum in morte detinerent ne resurgeret.

Loquitur autem in hoc psalmo christus. his materia ipsam passionem suam. ostendit etiam per passionem suam gentiles conuertendos. iudeos uero excecandos. ipsos iudeos tandem circa mundi uesperam conuersionis gratiam assequuturos. eos uero in infidelitate persisterint sine misericordia puniendos. Intendit autem per hec omnia ad passionum nos hortari tolerantiam. ammonet etiam ut incredulorum deuitantes perfidiam. conuersorum uero in nobis fidem conformantes. nos a regno dei non subtrahamus. immo illi subici et coniungi studeamus. Quod uero hi tres psalmi contigui. eundem habent titulum. non uacat a misterio.

Regalem enim titulum. tribus linguis constat fuisse notatum. hebraica uidelicet. greca. et latina. significante spiritu sancto. totum mundum per passionem christi fidei christiane esse subdendum. Orat autem christus in hoc psalmo patrem. ut se eripiat ab inimicis suam pretendendo angustiam. et eorum iniustitiam. et suam in omnibus equitatem. ita dicens:

O pater qui es deus meus. tum quia me in diuinitate genuisti. tum quia me in humanitate creasti. eripe me de potestate mortis. me resuscitando. et hoc de inimicis meis. id est qui a me sine causa inimicantur. et sepulchrum meum custodiunt ne resurgam. et libera me a conformitate illorum. qui cum impetu et sine ratione contra me surgunt. et in contradicunt. Et eripe me dando michi constantiam. ne in passione deficiam. et hoc fac de operantibus iniquitatem. id est ideo quia innocentiam meam perdere uolunt. quod est iniquum. et salua me cooperando michi in omnibus. de uiris sanguinum. id est de his qui seipsos in morte precipitant. et alienum sanguinem sitiunt. Eripe et libera et salua. pro eodem accipiuntur. sed diuerse cause apponuntur. Quasi dicat. Eripe me de morte. ne in morte detinear. tum quia sunt inimici non ex causa. sed ex inuidia. tum quia insurgunt in me ueritati contradicentes. tum quia operantur iniquitatem manus suas. ad scelera armantes. tum quia sunt uiri sanguinum. meum sanguinem sitientes.

Et necesse est ut me eripias. quia ecce id est in manifesto est. ipsi ceperunt animam meam in morte. quantum ad reputationem. et illi qui sibi uidentur fortes. michi autem uiles. irrationabiliter inuenerunt contra me.

Et qualis feci operatur exurge michi in occursum. Responde scilicet mitis meis. libera me de morte sicut mereor. ut exurge in occursum id est facme tibi equalem. ponendo me ad dexteram tuam. et uide id est facuidi quod suscitare me rear. et quod tibi equatus existam. et tu domine. tu qui es dominus id est omnipotens. deus uirtutum. et es deus uirtutum celestium. deus israel. et deus illorum qui te in tis desidio contemplantur.

Dicit pater. iudicis quod te a morte eripiam. domino quod gentes saluabuntur. que sunt per mortem tuam saluande. Ad hoc respondit. uolo quidem ut me de morte per resurrectionem eripias tamen in

tione quando misit Saul et custo
diuit domum eius ut interfice
ret eum.

Eripe me de inimicis meis deus meus. et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem. et de uiris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animam meam. irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine. sine iniquitate cucurri et direxi.

Exurge in occursum meum et uide. et tu domine deus uirtutum deus israel.

Intende ad uisitandas omnes gentes. non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad uesperam et famem patientur ut canes. et circuibunt

intende. et uidelicet in tuum ostende. ad uisitandas gentes. per mortem meam. ac si dicat. passionem in morte pro genus humani salute meam. ac si dicat. passionem in morte pro genus humani salute meam. attamen precor ut me resurgere facias. et fac et potes. quia te percipiam. et es deus uirtutum celestium. et non magis uirtute conses dominus omnipotens. et es deus israel. illorum scilicet qui deuotione et opere. et uide confido. et dico quod omnes gentes uisites. sed quia omnes non sunt conuertendi. et adeo. non miserearis omnibus. qui sine respectu conuersionis et poenitentie iniquitatem operantur. quos non dico uoto optantis sed affectu predicentis.

Tu quidem operatur in tuum sis esto ad uisitandas gentes. et de ipsis conuertendi erunt. conuertentur ad uesperam id est post natiuitatem

bum panis. Deum non inuocauerunt. illic trepidauerunt timore. ubi non fuit timor.

Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. confusi sunt quoniam deus spreuit eos.

Quis dabit ex syon salutare israel. cum conuerterit deus captiuitatem plebis sue. exultabit iacob. et letabitur israel.

LIII. In finem in carminibus intellectus dauid cum uenissent zipphei et dixissent ad saul. nonne dauid absconditus est apud nos.

Deus in nomine tuo saluum me fac. et in uirtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam. auribus percipe uerba

... passibilitatem ... iacob. minores illi ... tant contra uitia ... qui contemplationi ... bellum intestinum ... beatitudine illa let...

In finem in carmin... uenissent ziphei ... absconditus est a... qui ex uerbis h... dauid id est christo ca... ta in finem id est in con... a patre sibi iniunct... in carminibus in uicu... tia. Ostendit enim ... passionem subisse. ... nes per eius nomine ... rendas. et inuitet persu... grauent ad tempus ... operabuntur etiam. ... ad illud negotium ... uenerunt. et dixer... ditus est apud nos. ... pit historia. dau... ad ziphaeos contrib... contulit. ut apud ... autem in fide ad saulem ... se latitem nuntia... de eo christus. carnem ... tos uenit. cum in te ... apparuit. ad hoc ut ... tum sibi diuinitatis ... eos saluaret. At ipsi ... uerunt de eo sauli. ... dono tradidunt princip... tes in ipso tant. et iudei ... ex quo regnum et ac... gem propheticas accep... pe descendant. Sa... ziphei quod sauli dau... iudi christum morti con... dorum persequutione ... pheos id est ipsos iudeos ... et. quia non debem... et dum eum debuisse ... erunt in eum crede... autem ostende a latere ... patre. ut se a persequ... fecto nos instruens. ... letantes. et domine pat... stantiam tribuat. ... cis. nec succumba... tudinem perducam ... pater qui secundum hum... fac me saluum. ... cumbam. ne in mun... te detinear. et face ... nomine tuo dilata... hic enim patior. ut n... et sublimet. et augeas

Et hoc michi concedas. ex toto audi orationem meam quam tibi facio. ut ne inimicis conformer. et in passionibus non succumbam. et ex toto me exauditionis effectu. te percepisse ostende. uerba que ita sunt cordis. ut sint etiam oris. et ita oris. ut sint cordis. que tibi pro mea suscitatione effundo.

Et oportet ut me exaudias. quoniam illi qui debuerunt esse filii et propinqui. facti alieni et extranei. in me id est contra me surrexerunt. in maledictis atque conuitiis. et hi fecerunt aduersum me. predicationi scilicet et doctrine mee contradicentes. et illi qui sibi fortes uidentur

prestare potentiam ad imitandum. sed saluandum. et ad pe... quod deum non proposuerunt... latinem cognoscere... tus esset an conspectu... per miraculorum potentiam... enim coram illis ciuide... potentiam quibus m... se poterant

S. camaldulensis eremi

xi · Sacre Eremi Camaldulis · J · C

Incipit prologus in breviloquio fratris Bonaventure ordinis minorum

Flecto · genua mea · ad patrem domini nostri ihesu christi · ex quo omnis
paternitas · in celo · et in terra nominatur · ut det vobis · secundum divitias
glorie sue · virtute corroborari · per spiritum eius · in interiorem hominem · habitare
christum per fidem in cordibus vestris · In caritate radicati · et fundati · ut
possitis comprehendere cum omnibus sanctis · que sit latitudo · longitudo · sublimitas ·
et profundum · Scire etiam supereminentem scientie caritatem christi · ut impleamini · in omnem plenitudinem
dei · amen · Magnus doctor gentium · et predicator veritatis · divino repletus spiritu ·
tanquam vas electum · et sanctificatum · in hoc verbo aperit sacre scripture · que theologia dicitur ·
ortum · progressum · et statum · insinuans · ortum · sacre scripture attendi · secundum influentiam
beatissime trinitatis · progressum · autem secundum exigentiam humane capacitatis · Statum vero
sive fructum · secundum superabundantiam · superplenissime felicitatis · Ortus namque non est
per humanam investigationem · sed per divinam revelationem · que fluit a patre luminum ·
ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur · a quo per filium eius ihesum christum manat
in nos · spiritus sanctus · et per spiritum sanctum · dividentem · et distribuentem · singulis sicut vult dona ·
datur fides · et per fidem habitat christus in cordibus nostris · Hec est notitia ihesu christi · ex qua ori-
ginaliter manat firmitas · et intelligentia · totius sacre scripture · unde impossibile est · quod aliquis
ingrediatur in ipsam agnoscendam · nisi prius habeat fidem christi sibi infusam · tanquam totius scripture lucer-
nam et ianuam · et etiam fundamentum · Est enim ipsa fides omnium supernaturalium illuminationum quamdiu
peregrinamur a domino · et fundamentum stabiliens · et lucerna dirigens · et ianua
introducens · secundum cuius etiam mensuram · necesse est nobis mensurari · sapientiam divinitus datam · ne quis
sapiat plus quam oportet sapere · sed sapere ad sobrietatem · unicuique sicut deus divisit
mensuram fidei · Mediante igitur hac fide datur nobis notitia sacre scripture · secundum influ-
entiam trinitatis beatissime · unde quod excepisse insinuat beatus apostolus in ista parte auctoritatis
premissa inducere · Progressus autem scripture sacre · non est coartatus ad leges ratiocinationum · dif-
finitionum · et divisionum · iuxta morem aliarum scientiarum · et non est coartatus ad partem univer-
sitatis · sed cum secundum lumen supernaturale procedat ad dandam homini viatori notitiam rerum
sufficientem · secundum quod expedit ad salutem · partim per plana verba · partim per mistica · describit totius
universi continentiam · quasi in quadam summa · in qua attenditur latitudo · describit decursum · in quo attenditur
longitudo · describit excellentiam · finaliter salvandorum · in quo attenditur sublimitas · describit etiam mi-
seriam damnandorum · in quo attenditur profunditas · non solum ipsius universi · verum etiam divini
iudicii · Et sic describit totum universum · quantum expedit de ipso habere notitiam · ad salutem
secundum ipsius latitudinem · longitudinem · altitudinem · et profunditatem · habens etiam et ipsa in suo processu
hec quattuor · sed quomodo possit determinabitur · quia sic excogelat conditionem capacitatis humane
que magna et multa nata est · magnifice · et multipliciter capere tanquam speculum quoddam no-
bilissimum · in quo nata est describi non solum naturalium rerum · verum etiam supernaturalium rerum universitas
mundanarum · ut sic processus scripture sacre attendatur · secundum exigentiam capacitatis humane
Status vero · sive fructus scripture · non est quicumque · sed plenitudo eterne felicitatis · Nam hec est scrip-
tura · in qua sunt verba vite eterne · que ideo scripta est · non solum · ut credamus · verum etiam · ut vitam
possideamus eternam · in qua videbimus · amabimus · et universaliter nostra desideria
implebuntur · Quibus impletis · vere tunc sciemus · supereminentem scientie caritatem · et sic impleti erimus
in omnem plenitudinem dei · ad quam conatur nos perducere scriptura divina · iuxta predictam sententiam
apostoli veritatem · Hoc igitur fine · hac intentione · sacra scriptura perscrutanda est · et docenda ·
et etiam audienda · ut ad istum finem perveniamus · recto progressu · per viam recti itineris scrip-
turarum · Inchoandum est autem ab exordio · hoc est · ut cum mera fide · ad patrem luminum
accedamus · flectendo genua cordis nostri · ut per filium suum · et spiritum sanctum · det nobis veram notitiam
ihesu christi · et cum notitia amorem eius · ut sic in fide solidati · et in caritate radicati · possimus
ipsius scripture sacre · noscere latitudinem · altitudinem · longitudinem · et profunditatem · et per hanc pervenire ad ple-
nissimam notitiam · et excellentissimum amorem · beatissime trinitatis · ubi est status · et complementum
omnis vite · et boni

De latitudine scripturarum

Huius sacre scripture · fine concepto · et intento · et principio · credito simul et innotato
videndum est progressus · quod ad ipsius latitudinem · longitudinem · sublimitatem · et profunditatem · secundum viam apostoli documenti
consistit · a ipsius latitudo · in multitudine suarum partium · longitudo · vero · in descriptione temporum et
etatum · sublimitas · in descriptione · hierarchiarum · gradatim ordinatarum · profunditas · in

De continentia veteris et novi testamenti

multiplicitate misticorum sensuum · et intelligentiarum · Sic igitur volumus latitudinem
sacre scripture speculari · primo sciendum occurrit nobis scripturam secundam in duo testamenta
scilicet in vetus · et in novum · vetus autem occurrit in multiplicitate librorum · habet enim libros lega-
les · hystoriales · sapientiales · et propheticales · ita quod primi sunt · v · secundi · x · ter-
tii · v · et quarti · vi · ac per hoc in universo · xxvi · Novum testamentum similiter habet libros
his correspondentes · secundum quadruplicem formam · Nam legalibus · respondent libri evangeliorum · hystorialibus ·
actus apostolorum · sapientialibus · epistole apostolorum · et maxime pauli · propheticalibus · respondet liber apocalipsis ·
ut sic mira sit conformitas · inter vetus · et novum · non solum in continentia se-
cundum veritatem · et in conformitate partium · in eisdem figuram · et significationem · videre est ro-
tam · faciem · et rotam in medio rote · quia vetus est in novo · et econverso · Et in libris
legalibus · et evangeliorum · est facies leonis · propter excellentiam · auctoritatis · in hystorialibus · fa-
cies bovis · propter exempla virtutis · in sapientialibus · facies hominis · propter prudentiam sagacitatis ·
in propheticalibus · facies aquile · propter intelligentie perspicacitatem · Recte autem sacra scriptura
dividitur · in novum · et vetus · testamentum · et non in theoricam · et practicam · sicut philosophia · cum scriptura
sacra fundetur proprie secundum cognitionem fidei · que est virtus · et fundamentum morum · iustitie
et totius recte vite · non potest sequestrari in ea notitia rerum · sive credendorum · a notitia
morum · Secus est autem de philosophia · que non tantum de veritate morum · verum etiam de
alio nuda speculatione considerando · Cum igitur sacra scriptura est notitia movens
ad bonum · et revocans a malo · et hoc est per timorem · et amorem · ideo dividitur
in duo testamenta · quorum brevis differentia est timor et amor · Et quia quadrupliciter potest quis mo-
veri ad bonum · et revocari a malo · scilicet per precepta potentissime maiestatis ·
vel per documenta sapientissime veritatis · vel per exempla · et beneficia · innocentissime
bonitatis · vel ex omnibus in unum collectis · ideo tam in novo · quam in vetere · secundum quod
fuerunt tradita libri · continentes sacram scripturam · secundum continentiam quadruplicem · premissa ·
Nam libri legales movent per precepta maiestatis omnipotentissime · hysto-
riales per exempla · bonitatis innocentissime · sapientiales · per documenta veritatis
prudentissime · propheticales movent · ex omnium predictorum aggregatione · sicut mani-
feste apparet in eis · ut ipsi sunt quasi rememorationes totius legalis sapientie · et doc-
trine · Est igitur sacra scriptura · similis latissimo flumini · quod ex concursu multarum aquarum
aggregatur · magis ac magis · secundum quod longius decurrit · Nam cum primo in sacra scriptura
essent libri legales · supervenit postea aqua sapientie hystorialis · tertio supervenit sapientia
sapientissimi salomonis · post hoc doctrina prophetarum sanctorum · et tandem doctrina evangelica
revelata est · per os christi · prolata · per evangelistas conscripta · per sanctos apostolos divulgata ·
additis etiam documentis · que spiritus sanctus · veniens super eos docuit nos per eos ·
ut sic in omnem veritatem · per spiritum sanctum · edocti · omnis veritatis salutaris doctrina
ex christo traderetur · et sacra scriptura consummata · veritatis notitia dilataretur ·

De longitudine scripturarum

Habet etiam scriptura sacra longitudinem · que consistit
in longitudine temporum · et etatum · a principio scilicet mundi usque ad diem iudicii · De-
scribitur enim per tria tempora mundum decurrere · scilicet per tempus legis nature · legis scripture
et legis gratie · Et in his tribus temporibus · vii · etates distinguit · quarum prima est ab
adam usque ad noe · Secunda a noe usque ad abraham · Tertia ab habraam usque
ad david · Quarta a david · usque ad transmigrationem in babilonem · Quinta · a transmigratione
usque ad christum · Sexta · a christo · usque ad finem mundi · Septima · decurrit cum sexta · quae incip-
it a quiete christi in sepulcro · usque ad finem universalem · quando incipiet octava resurrectionis ·
Et sic scriptura est longissima · quia in tractatu incipit a initio mundi · et temporis exordio
a principio genesis · et pervenit usque ad finem mundi · et temporis · scilicet in fine apocalipsis ·
Recte autem universum tempus · quod decurrit · secundum triplicem legem · scilicet inditam · in-
datam · extra · infusam · sic decurrit per vii · etates · et consummatur in fine
· vi · ut sic mundi decursus · respondeat exordio · et maioris mundi decursus ·
respondeat cursui vite minoris mundi · scilicet hominis · propter quod factus est · Nam
prima etas mundi in qua facta est ipsius mundi fortio · casus demonum · et confirmatio
angelorum · respondet prime diei · in qua facta est lux · et distincta a tenebris · Secunda · in qua
per archam · a diluvium salvati sunt boni · et deleti mali · respondet secunde diei ·
in qua per firmamentum facta est distinctio aquarum ab aquis · Tertia in qua vocatus est

ab Abraham et inchoata est synagoga, quae fructificare et germinare debebat
prolem ad dei cultum. Respondet diei tertiae, in qua apparuit terra et protulit herbas
virentes. Quarta, in qua viguit regnum et sacerdotium, quia David ampliavit cultum
divinum. Respondet diei quartae, in qua facta est fortitudo luminarium et stellarum. Quinta, in qua
transmigrationis in populos multos vexati sunt et tribulati. Respondet diei quinto, in qua facta
est fortitudo piscium ex aquis et avium. Sexta aetas, in qua natus est Christus in hominis effi-
gie, quae est vera imago Dei. Respondet sexto diei, in qua formatus est homo primus. Septima
quae est quies animarum in hominis fine. Respondet septimo diei, in qua requievit Deus ab omni
opere quod patrarat. Et sic distinguuntur hae septem aetates per singula facta quae
fuerunt in earum exordiis, in quibus respondent diebus formationis mundi. Vocatur
autem prima aetas infantia, quia sicut infantia tota oblivione deletur, sic illa prima
aetas per diluvium est consumpta. Secunda pueritia, quia sicut in pueritia loqui in-
cipimus, sic in ista aetate facta est distinctio linguarum. Tertia dicitur adolescentia,
quia sicut vis generativa incipit in actum suum prodire, sic tunc vocatus est Abraham
et data est circumcisio et facta est promissio de semine. Quarta dicitur iuventus, quia sicut
in iuventute floret hominis aetas, sic in ista aetate sub regibus floruit
synagoga. Quinta senectus, quia sicut in senectute vires minuuntur et decidit
plenitudo, sic in transmigratione factum est de iudaeorum sacerdotio. Sexta dicitur se-
nium, quia sicut illa est quae copulatur cum morte, hominis tamen magis luce sapientiae
... Septima aetas cum die iudicii terminatur. Sic ergo totus iste mundus or-
dinatissimo decursu a scriptura describitur procedere a principio usque ad finem ad modum
cuiusdam pulcherrimi carminis ordinati, ubi potest quis speculari secundum decursum
temporis varietatem, multiplicitatem et aequitatem, ordinem, rectitudinem et pulchritudinem
multorum divinorum iudiciorum procedentium a sapientia Dei, quae mundum gubernat.
Unde sicut nullus potest videre pulchritudinem carminis, nisi aspectus eius feratur super
totum versum, sic nullus videt pulchritudinem ordinis et regiminis universi, nisi
eam totam speculetur. Et quia nullus homo tam longaevus est, quod totam videre possit oculo
carnis, nec per se potest praevidere futura, providit nobis Spiritus sanctus librum scripturae sacrae, cuius longitudo
commetitur se decursui regiminis universi. De sublimitate scripturae

Habet nihilominus sacra scriptura in suo processu sublimitatem, quae consistit in
descriptione ierarchiarum gradatim ordinatarum, quae sunt ecclesiastica, angelica et divina,
seu subcaelestis, caelestis et supercaelestis, ita quod per ea quae describuntur patet quam
aliquantulum occulte, tamen magis occulte. Et descriptione ecclesiasticae hierarchiae est alta,
et descriptione angelicae altior, et descriptione divinae altissima, ita ut possi-
mus dicere cum propheta: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam.
Et haec quidem satis recte. Nam cum res habeant esse in materia, et esse in anima per notitiam
acquisitam, et esse in anima per gratiam, et esse in arte divi-
na aeterna, philosophia quidem agit de rebus ut sunt in natura seu in anima secundum notitiam natura-
liter insitam vel etiam acquisitam; sed theologia, tanquam scientia supra fidem fundata et per spiritum sanctum
revelata, agit et de his quae spectant ad gratiam et gloriam et etiam ad aeternam
sapientiam. Unde ipsa substernens sibi philosophicam cognitionem, et assumens de naturis
rerum quantum sibi opus est ad fabricandum speculum, per quod fiat repraesentatio divinorum, quasi
scalam erigit, quae in sui infimo tangit terram, sed in sui cacumine tangit caelum.
Et hoc totum per illum unum hierarcham Iesum Christum, qui non tantum ratione humanae naturae assumptae
est hierarcha in ecclesiastica hierarchia, verum etiam in angelica, et media persona in illa supercaele-
sti hierarchia beatissimae trinitatis, ita quod per ipsum a summo capite Deo de-
scendit unctionis gratia non solum in barbam, verum etiam in oram vestimenti, quia non
tantum in caelesti Ierusalem, verum etiam in ecclesia militante. Et est pulchritudo magna
in machina mundana, sed longe maior in ecclesia pulchritudine sanctorum charismatum
adornata, maxima autem in caelesti Ierusalem, supprema vero in illa trinitate summa
et beatissima. Ideo ipsa scriptura non tantum altissimam habet materiam, per quam delectat
et in altum levat intelligentiam intuentis, verum etiam ipsa est venustissima et miro
quodam modo intellectum nostrum delectat, et sic magis ac magis delectando
assuefacit ad divinorum speculorum intuitus et anagogias. De profunditate scripturae

Habet postremo ipsa scriptura profunditatem, quae consistit in multiplicitate mi-
sticarum intelligentiarum. Nam praeter litteralem sensum habet in diversis locis exponi
tripliciter, scilicet allegorice, moraliter et anagogice. Est autem allegoria, quando per unum factum
indicatur aliud factum, secundum quod credendum est. Tropologia seu moralitas, quando per id
quod factum est datur intelligi quod faciendum est. Anagogia, quasi sursum ductio, est
quando datur intelligi illud quod desiderandum est, scilicet aeterna felicitas beatorum. Recte
autem hic triplex sensus debuit esse in scriptura praeter intelligentiam litteralem, quia sic competit ipsi scripturae
subiecto, ipsi auditori seu discipulo, ipsi origini, ipsi etiam fini. Subiecto quidem
competit, quia ipsa est doctrina, quae est de Deo, de Christo, de operibus reparationis et de credi-
bilibus. Subiectum enim ipsius quantum ad substantiam Deus, quantum ad virtutem Christus, quantum ad reparationem reparati-
onis opus, quantum ad haec omnia ipsum credibile. Deus autem est trinus et unus, unus in natura, trinus in personis. Ideo
scriptura, quae est de ipso, in unitate litterae trinformitatem habet intelligentiae. Christus etiam, licet sit
unum Verbum, omnia tamen per ipsum facta dicuntur et in ipso relucent. Ita quod est sapientia multiformis
et una. Opera reparationis, cum sint multa, tamen ad Christum oblationem principalem habent
aspectum. Credibile vero credibile diversimode relucet secundum diversum statum
credentium. Subiecto ergo competit conformitate ad praedicta sacrae scripturae in una littera multiformis
parit intelligentias. Competit et hic auditori, quia nullus est dignus eius auditor nisi
humilis, mundus, fidelis, studiosus. Idcirco sub cortice litterae apte occultantur mysti-
ca et profunda intelligentia ad comprimendam superbiam, ut ipsi profunditate et humilitate
litterae latentes et sibi comprimantur, et immundi repellantur, et fraudulenti decli-
nentur, et negligentes excitentur ad intelligentiam mysteriorum. Et quia auditor doc-
trinae huius non est unius generis, sed cuiuslibet, omnes enim salvandos oportet aliquid de hac doctrina
scire, ideo ipsa multiformem habet intelligentiam, ut sic omnem intellectum capiat, omni intellectui
condescendat, omnem intellectum supercedat, et multiplicitate radiositatis suae
illuminet pariter et accendat. Competit etiam principio, a quo est, quia est a Deo per Christum et Spiritum sanctum
loquentem per ora prophetarum et aliorum qui hanc doctrinam conscripserunt. Cum autem Deus non
tantum loquatur per verba verum etiam per facta, quia ipsius dicere facere est, et eius facere tanquam
dicere, et effectus omnes in sua causa; ideo in scriptura divinitus tradita non tantum debet
significare verba verum etiam facta. Christus etiam doctor, licet esset humilis in carne, altus erat
in divinitate, ideo decebat ipsum et eius doctrinam habere et humilitatem in sermone
cum profunditate sententiae, ut sicut Christus fuit pannicullis involutus, ita sapientia Dei
in scriptura figuris quibusdam humilibus involveretur. Spiritus etiam sanctus diversimode
illustrabat et revelatores faciebat in cordibus prophetarum ipsius, et nullius latere
poterat intellectus, et nullus erat, omnes docens virtutes. Ideo competebat eius doctrinae
ut in uno sermone multiplices laterent intelligentiae. Competit nihilominus ipsi fi-
ni, quia scriptura data est, ut per eam dirigatur homo in cognoscendis et agendis, ut
tandem perveniat ad optanda. Et quia omnes creaturae ad hoc factae sunt, ut famulentur homini
tendenti ad supernam patriam, ideo scriptura assumit ipsas creaturarum species diversas, ut
sic per illas doceat nos sapientiam dirigentem nos ad aeterna. Et quia homo non di-
rigitur in aeterna, nisi cognitam agnoscat veritatem credendorum et operatum faciat bonum operandorum
et affectuam suspiret ad bonum videndum, amandum et perfruendum. Hinc est quod scriptura
sacra data per spiritum sanctum assumit librum creaturae referendo in finem secundum triplicem modum
intelligentiae, ut sic per tropologiam hominem notitiam agendorum moraliter, per allegoriam
credendorum veraciter, per anagogiam desiderandorum delectabiliter, ut sic purgati
per virtuosam operationem, illuminati per radiosam fidem et perfecti per ardentissimam
caritatem tandem perveniamus ad bravium felicitatis aeternae.

In tanta igitur multiformitate sapientiae, quae continetur in ipsa sacra scriptura, latitudine,
longitudine, altitudine et profunditate, unus est communis modus procedendi authentice,
videlicet in quo continentur modus narrativus, praeceptorius, prohibitivus, exhortativus,
praedicativus, comminativus, promissivus, deprecativus et laudativus, et omnes hi modi
sub uno modo authentico reponuntur. Et hoc quidem satis recte. Quia enim haec
doctrina est, ut boni fiamus et salvemur, et hoc non fit per nudam considerationem,
sed potius per inclinationem voluntatis, ideo scriptura divina eo modo debuit tradi, quo magis
possit inclinare. Et quia magis movetur affectus per exempla quam per argumenta, magis

ad permissiones quam ad inclinationes magis per devotiones quam per diffinitiones, ideo scriptura ista non debuit habere modum diffinitivum, collativum et divisivum ad probandum passiones aliquas de subiecto ad modum aliarum scientiarum; sed oportuit quod haberet modos proprios secundum varias inclinationes animorum diversimode animos inclinantes, ut si quis non movetur ad precepta et prohibita, moveatur saltem per exempla narrata; si quis non per hec moveatur, per monitiones sagaces, per promissiones veraces, per comminationes terribiles, ut sic saltem excitetur ad devotionem et laudem dei, in qua percipiat gratiam, per quam dirigatur circa opera virtuosa. Cum igitur modi narrativi non possent fieri per viam certitudinis rationis, quia particularia gesta probari non possunt, ideo ne scriptura ista tanquam dubia vacillaret ac per hoc minus moveret, loco certitudinis rationis providit deus huic scripture certitudinem auctoritatis, que adeo magna est, ut omnem perspicacitatem humani ingenii superexcellat. Et quia non est certa auctoritas eius qui potest fallere vel falli, nullus autem est qui falli non possit et fallere nesciat nisi deus et spiritus sanctus, hinc est quod ad hoc ut scriptura sacra modo sibi debito esset perfecte autentica, non per humanam investigationem est tradita, sed per revelationem divinam. Ideo nichil in ea est contempnendum tanquam inutile, nichil in ea respuendum tanquam falsum, nichil respuendum tanquam iniquum, pro eo quod spiritus sanctus eius auctor perfectissimus nichil potest dicere falsum, nichil superfluum, nichil diminutum. Et propterea celum et terra transibunt, verba autem sacre scripture non preteribunt quin impleantur. Unde modus procedendi.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum natura corporalis ad perfectionem sui et expressionem multiformis sapientiae primi principii requirat multiformitatem formarum, sicut apparet in mineralibus, plantis et animalibus, necesse fuit ponere aliqua corpora simplicia, quae multiformiter possent misceri ad introductionem formarum multiformium; et talis est natura subiecta contrarietati, et haec est elementaris. Necesse etiam fuit esse naturam per quam haec contraria in mixto conciliarentur; et talis est natura elongata a contrarietate, quae communis est natura lucis et corporis supercaelestis. Et quoniam mixtio fieri non potest nisi per contraria agentia et patientia, ideo necesse fuit contrarietatem duplicem fieri in elementis, scilicet quantum ad qualitates activas, quae sunt calidum et frigidum, et quantum ad passivas, quae sunt humidum et siccum. Et quia quodlibet elementum agit et patitur, ideo quodlibet habet duas qualitates, unam activam, alteram passivam, ita tamen quod una principaliter et propria; ac per hoc necesse est tantum quatuor esse elementa, secundum quatuor qualitates praedictas quadrupliciter combinatas. Natura autem caelestis aut est uniformis et immobilis, et haec est empyreum, quod est lux pura; aut est mobilis et multiformis, et sic firmamentum; aut mobilis et uniformis, et sic caelum medium inter empyreum et stellatum, quod est caelum crystallinum. Quartum membrum, scilicet quod sit multiforme et immobile, non potest stare, quia multiformitas disponit ad motus varietatem, non ad uniformem quietem. Sunt ergo tres caeli, quorum primum per totum est luminosum, scilicet empyreum; secundum per totum perspicuum, scilicet crystallinum; tertium ex utroque coniunctum, scilicet firmamentum. Cum igitur tres sint caeli incorruptibiles et quatuor elementa variabilia, ut fiat debita connexio, concordia et convenientia, disposuit Deus septem orbes planetarum, qui sua varietate motuum et incorruptibilitate formarum quasi quodam vinculo essent coniuncta inferiorum elementarium orbium et superiorum caelestium ad perfectionem et decorem universi; quod secundum numerales proportiones ordinatum dicitur et congruum denario caelestium orbium et quaternario elementorum, reddentibus ipsum proportionaliter tam plenum quam perfectum et ordinatum in suo modo respectu primi principii.

De natura corporali quantum ad influere et operari. iiii.

De natura autem corporea quantum ad operari hoc tenendum est, scilicet quod caelestia influunt in terrestria et elementaria, quantum ad distinctivam significationem temporum, scilicet dierum, mensium et annorum, sicut dicit scriptura, quod sint in signa et tempora et dies et annos. Influunt etiam quantum ad effectivam productionem rerum generabilium et corruptibilium, scilicet mineralium, vegetabilium, sensibilium

et corporis humanorum. Sic tamen sunt in signa temporum et regimen operum, ut non sint causa signorum futurorum contingentium, nec influant super liberum arbitrium, prout constellationum quidam dixerunt aliqui philosophi et fatum. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum in corporibus caelestibus propter proximitatem ad primum principium sit lux, motus, calor et virtus: lux ratione suae formae et speciei, motus virtus inferioris influentis, calor virtus inferioris naturae susceptivae; virtute vero omnibus modis praedictis. Cum igitur ita sit, caelestia corpora plurimum et motum firmamenti mensis secundum lucem lunae, et motum in circulo obliquo annum secundum motum solis in eodem circulo, tempora vero secundum varium planetarum motuum distantiam et concursum, ascensum et descensum, retrogradationem et statum, ex quibus oritur diversitas in temporibus; per virtutem autem et calorem influunt ad productionem corporum quae ex elementis generantur, excitando, promovendo, conciliando. Ita quod secundum conciliationem contrariorum ab aequalitate remotam influunt in mineralia; secundum conciliationem minus ab aequalitate, secundum longinquam, in vegetabilia; secundum vero conciliationem aequalitati approximatam in sensibilia; secundum vero conciliationem aequalem in corpora humana quae disposita sunt ad nobilissimam formam, quae est anima rationalis, ad quam ordinatur et terminatur appetitus omnis naturae sensibilis et corporalis, ut per eam quae est forma ens, vivens et intelligens, quasi ad modum circuli intelligibilis reducatur ad suum principium, in quo perficiatur et beatificetur. Et quoniam in illud tendit per liberum arbitrium, ideo quantum ad arbitrii libertatem praecellit omnem virtutem corporalem, ac per hoc cuncta nata sunt sibi servire, nihil autem dominari sibi debet nisi solus Deus, non fatum seu vis positionis siderum, et propterea indubitanter verum est quod summus finis omnium rerum quae sunt, et omnia corporalia facta sunt ad humanum obsequium, ut ex illis omnibus accendatur homo ad amandum et laudandum factorem universorum, cuius providentia cuncta disponuntur.

Sic igitur sensibilis corporalium machina est tanquam quaedam domus a summo opifice homini fabricata, donec ad domum veniat non manufactam in caelis, ut sicut anima ratione corporis et status meriti nunc est in terris, sic aliquando corpus ratione animae et praemii sit in caelis. V. In describendo praedicta in sacra scriptura.

Ex iam dictis colligitur quod sicut Deus res ordinate condidit quantum ad tempus, et ordinate disposuit quantum ad situm, sic et ordinate gubernat quantum ad influentiam, et scriptura ordinate narrat quantum ad doctrinae sufficientiam; licet non ita explicite describat distinctionem orbium nec caelestium nec elementorum, parum aut nihil dicat de motibus et virtutibus corporum superiorum et de mixtionibus elementorum et elementatorum; et quod plus est, non explicite narrat de conditione superiorum spirituum, maxime cum describit istud universum in esse productum. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium reddat se nobis cognoscibile et per scripturam et per creaturam, per librum creaturae se manifestat ut principium effectivum, per librum scripturae ut principium reparativum. Et quia principium reparativum non potest cognosci nisi cognoscatur et effectivum, ideo scriptura sacra, licet principaliter agat de operibus reparationis, agere nihilominus debet de opere conditionis, in quantum inducit in cognitionem primi principii efficientis et reficientis. Et ideo ipsa est cognitio sublimis et salutaris: sublimis, quia de primo principio effectivo, quod est Deus creator; salutaris, quia de principio reparativo, quod est Christus salvator et mediator. Rursus quia sublimis est, ut pote quia agit de primo principio et ente summo, ideo non descendit ad describendum speciales creaturarum naturas, motus, virtutes et differentias, sed stat in generalitate quadam, in qua insinuat specialia, scilicet describendo conditionem mundi quantum ad dispositionem et influentiam, quo ad naturam luminosam, opacam et perviam in generalitate quadam. Et quoniam primum principium de quo agit habet in se ordinem naturae in consistendo, ordinem sapientiae in disponendo, ordinem bonitatis in influendo, ita quod ordo naturae habet simultatem et aequalitatem, ordo sapientiae considerat prioritatem et posteritatem, ordo influentiae superioritatem et inferioritatem; et ideo ad insinuandum ordinem naturae determinat scriptura universaliter quod totum opus mundi decedat quod in principio, ante tempus diversum, fuit illa triplex natura de non esse in esse producta, cum dicitur: In principio creavit Deus caelum et terram, et spiritus Dei ferebatur super aquas; ut nomine caeli natura luminosa, nomine terrae opaca, nomine aquae pervia, sive perspicua, sive contrarietati subiecta sive super contrarietatem elevata. Ubi etiam insinuatur trinitas aeterna, scilicet Pater in nomine creantis, Filius in nomine principii, Spiritus Sanctus in nomine spiritus Dei. Et sic est intelligendum quod dicitur: Qui vivit in aeternum creavit omnia simul, non quia creavit in chaos omnimodae confusionis, sed quia fieri potest, cum produxit has naturas, tres, summam in summo et mediam in medio et infimam in infimo, nec in esse omnimodae distinctionis, cum caelum esset perfectum et terra incomposita, natura media quasi medium tenens non deveniret ad perfectam distinctionem producta. Ad insinuandum autem ordinem sapientiae in disponendo determinat quod hae tres naturae non simul fuerunt distinctae et ornatae, sed iuxta tres naturas causae congeritam per triduum distincta et per triduum aliud ornata, ut sic Deus in principio triplicem naturam simul creavit in primordio temporis, sic successione temporis, scilicet tribus diebus, tres faceret distinctiones naturae triplicis causae, et rursus in alio triduo tres ornatus triplicis naturae distinctae. Ad insinuandum vero ordinem bonitatis in influendo determinat quod haec triplex natura collocata est in mundo secundum sub et supra iuxta dignitatem suam et influentiam. Et quia luminosum plurimum habet de specie, ideo sibi debetur excellentia; quia opacum minimum de specie, ideo sibi debetur esse infimum; quia vero pervia medium tenet, ideo medium sortita est situm. Et quoniam natura pervia et perspicua est communis naturae caelesti et elementari, et rursus luminosa utrique convenit, ideo recte firmamentum dicitur firmamentum in medio aquarum, non quia aquae supra caelos sint fluxibiles, frigidae, graves et corruptibiles, sed quia subtiles et incorruptibiles et perviae et super omnem contrarietatem sublimatae, ac per hoc caelestis naturae, et in caelestibus collocandae ratione nobilitatis suae, collocantur etiam ratione virtutis et influentiae. Quia cum omnis actio corporalis in rebus inferioribus regulam, originem et vigorem sumit a natura caelesti, cum duae sint qualitates activae, calidum et frigidum, et aliquod sit caelum per se influens in calidum, sicut caelum sidereum ratione suae luminositatis, congruum fuit ut aliquod influeret super frigidum, et sic crystallinum. Et sicut caelum sidereum licet influat ad calorem, non tamen est formaliter calidum, sic et caelum quod dicitur aqueum seu crystallinum non est formaliter frigidum. Unde quod sancti dicunt quod aquae ibi constitutae sunt ad temperandum calorem superiorum corporum, et similia, non secundum formalem praedicationem, sed secundum efficientiam et influentiam sunt intelligenda. Competit igitur conditio creaturae secundum ordinem praedictum et ordinem creantis sapientiae dici scripturae, quae est scientia sublimis. Rursus quia est scientia salutaris, ideo non determinat de opere conditionis nisi propter opus reparationis. Et quoniam angeli sic conditi sunt, ut labentes nullatenus reparentur, sicut apparebit in sequentibus, ideo tacet secundum litteram explicationem angelorum lapsus et conditionem, quia non debebat subsequi reparatio. Quia vero sublimitatem scripturae non decebat praeterire reticendo de conditione sublimissimae creaturae, ideo sic scriptura sacra rerum describit conditionem mundi, quod necessario scientia sublimis et salutaris, ut tamen secundum spiritualem intelligentiam tota conditio litteraliter descripta spiritualiter referatur ad describendum primarium angelicae et creaturae. Ideo secundum spiritualem intellectum describuntur in illis tribus naturis primo productis natura angelica nomine caeli, et creatura nomine terrae, et gratia per quam irrigatur utraque nomine aquae. Rursus per septenarium dierum intelligitur septiformis creaturae status secundum decursum septem aetatum, pariter et per septenarium intelligitur septiformis angelorum conversio a creatura ad Deum. Et quia ex praedictis apparet sufficientia scripturae et veritas in diversis opinionibus sanctorum Augustini et aliorum, quae sibi non consequuntur contradictoriae cum vere sint, si recte intelligantur. De productione superiorum spirituum VI.

De natura spirituali et incorporea, cuiusmodi est angelica, de qua considerandum est: quantum ad conditionem singulorum spirituum, quantum ad ruinam demonum, et quantum ad confirmationem bonorum angelorum. Secundum est ergo quod angelus a primordio sue conditionis quatuor sortitus est attributa, scilicet simplicitatem essentie, personalem discretionem per vim insitam cognitionis intelligentie et voluntatis libertatem arbitrii ad intelligendum bona et respuendum mala. Habet autem quatuor attributa principalia quatuor alia comitantia, scilicet virtuositas in operando, officiositas in ministrando, perspicacitas in cognoscendo, immutabilitas post electionem sive in malo sive in bono. Circa quod ad intelligentiam predictorum hoc est quia licet ipso quod primum principium omnia de nichilo produxit, ideo non tantum prope nichil sed etiam prope se, non tantum substantiam a se longinquam, scilicet naturam corpoream, producere debuit, verum etiam propinquam. Et hec est substantia intellectualis et incorporea, que hoc ipso quod Deo simillima est simplicitatem habet nature et discretionem personalem, ut Deo assimiletur ex parte substantie sive communis sive individue. Habet etiam in mente ymaginem Trinitatis, scilicet memoriam, intelligentiam et voluntatem. Habet etiam libertatem voluntatis, ut assimiletur Deo ex parte potentie sive naturalis sive electiue. Et sic potentia naturalis insignita sit dei ymagine, electiua vero arbitrii libertate. Neque enim perveniret nutione ad premium gloriosum quod facit quemque beatum, nisi haberet liberum voluntatis arbitrium. Hoc autem esse non potest nisi in substantia rationali, que comittatur memoria, intelligentia et voluntas. Unde cum ita sit quod sit rationalis nature substantia individua, necesse est quod sit substantia spiritualis et incorporea ac per hoc simplex, carens dimensione quantitatis. Talis autem substantia hoc ipso quod simplex est virtuosa est in operando. Hoc ipso quod virtuosa et pluraliter discreta, competit ei distinctio officii in ministrando. Hoc ipso quod simplex et virtuosa competit ei perspicacitas in discernendo. Hoc ipso quod simplex et perspicax habens intelligentiam deiformem, ideo post electionem stabilitatem habet in electo sive in bono sive in malo. Et hec conditiones ipsam generalem conditionem singulorum spirituum generaliter comitantur.

De apostasia demonum. VII.

De apostasia demonum hoc tenendum est quod Deus angelos omnes fecit bonos, medios tamen inter se summum bonum et bonum commutabile quod est creatura, ita quod si converteret ad amandum bonum incommutabile quod est Deus ascenderet ad statum gratie et glorie; si vero ad bonum commutabile quod est infra, hoc ipso rueret in malum culpe et pene, quia non est dedecus peccati sine decore iustitie. Primus ergo Lucifer inter angelos presumens de bono privato privatum appetiit excellentiam volens aliis preferri, et ideo cecidit cum ceteris consentientibus. Sed cadens quidem factus est impenitens et obstinatus et excecatus et exclusus a dei contemplatione, et deordinatus in operatione toto intentus cacumine ad hominem subvertendum per temptationes multiplices.

Circa autem ad intelligentiam predictorum hoc est quia cum sit principium sit summe bonum nichil facit quod non sit bonum, quia ab eo non procedit nisi bonum, quod tamen sit ab ipso hoc ipso minus est eo, et ideo non potest esse summum. Fuit ergo angelus a Deo conditus bonus quidem sed non summum, presumendo tamen si affectum tenderet in summum. Et quia per liberum arbitrium voluntas poterat tendere in bonum summum vel converti ad bonum privatum, Lucifer sumens plenitudinis et altitudinis considerationem excitatus est ad se diligendum et suum privatum bonum presumpsit de altitudine habita et ambiuit excellentiam. Propria non tamen obtenta ac plus presumendo constituit se sibi summum bonum in se ipso quiescendo. Cum autem ipse non summum esset principium nec summum bonum, necesse fuit quod inordinato ascensu descensu rueret pariter cum ceteris sibi consentientibus. Et quia non est dedecus peccati sine decore iustitie, ideo statim cum cecidit in peccatum cum ceteris ad

// presumens in se ipso gloriando et ambiendo constituit se sibi

habitantibus sibi perdidit locum summum, scilicet empyreum, descendens ad ymum, scilicet caliginosum aerem vel infernum. Ita quod lapsus fuit in culpam per liberum arbitrium, lapsus vero in penam per divinum iudicium. Et quoniam immutabilitatem habebat post electionem, ideo statim obstinatus est in malo et plus excecatus est autem et deordinatus est in operatione et infirmatus est in virtute. Ideo voluntas eius impia aversa a Deo conversa est ad hominis odium et invidiam, et perspicacitas rationis a vero lumine excecata conversa est ad deceptionem per divinationes et cautelas, et officiositas in ministrando a vero ministerio amota conversa est ad temptamenta, et virtuositas inminuta et coartata, quantum permittitur, convertitur ad mirabilia facienda per transmutationes repentinas quas facit circa corporum creaturam. Et quia hec omnia deordinata sunt per voluntatem depravatam per superbiam, ideo omnia hec convertit ad fomentum sue superbie, quatenus ab omnibus colatur et honoretur ad modum dei. Hinc est quod omne quod male agit quod iusto Deus iudicio permittit ad vindictam maleficorum, laudem vero bonorum, sicut apparebit per finale iudicium.

De confirmatione angelorum bonorum. VIII.

De confirmatione vero angelorum hoc tenendum est quod sicut angeli a Deo aversi statim sunt obstinati per penam, sic ad Deum conversi statim a Deo fuerunt confirmati per gratiam et gloriam, in voluntate perfecte illuminati, in ratione secundum cognitionem matutinam et vespertinam; perfecte formati in virtute sive motiva sive operativa; perfecte ordinati in operatione, sive contemplativa sive ministrativa. Et hoc secundum triplicem ierarchiam: supremam, mediam et infimam. Ad supremam quidem spectant throni, cherubin et seraphin; ad mediam dominationes, virtutes et potestates; ad infimam principatus, archangeli, angeli. Ex quibus plurimi sunt in ministerium missi et ad custodiam hominum deputati, quibus ministrant purgando, illuminando et perficiendo, secundum imperium voluntatis dei.

Circa quod ad intelligentiam predictorum hoc est quia cum angeli propter expressam similitudinem et propinquitatem ad primum et summum principium intellectum haberent deiformem et immutabilitatem post consensum ex libero arbitrio, divina superveniente gratia ad summum bonum conversi et totaliter in Deum tendentes per gloriam fuerunt confirmati pariter et perfecti. Ideo quantum ad voluntatem fuerunt stabiles et felices, quantum ad rationem perspicaces, ita ut non tantum cognoscerent res in proprio genere, sed etiam in arte ac plus; non tamen cognitionem vespertinam haberent sed etiam matutinam vel etiam diurnam propter illius lucis plenitudinem et omnimodam puritatem, respectu cuius omnis creata cognitio tenebra dici potest. Quantum ad virtuositatem perfecte fortificati sive in imperando sive in exequendo vel assumpto corpore vel etiam non assumpto. Quantum ad operationem vero perfectissime ordinati, ut scilicet non possit deordinari nec ascendendo ad contemplationem dei nec descendendo ad ministrandum homini, quia cum semper faciem ad faciem contempletur, quocumque mittuntur intra Deum currunt. Agunt enim et agitur secundum ordinem ierarchie in eis iniciatum per naturam et consummatum per gloriam, que stabiliendo liberi arbitrii vertibilitatem illustravit perspicacitatem, ordinavit officiositatem et roboravit virtutem, secundum quatuor attributa superius nominata. Perspicacitas quidem rationis in contemplando aut principaliter respicit ad maiestatem venerandam, aut ad veritatem intelligendam, aut ad bonitatem desiderandam. Et secundum hec sunt tres ordines in ierarchia prima, scilicet throni ad quos reverentia, cherubin ad quos sapientia, et seraphin ad quos benivolentia spectat. Ad perfectionem quidem virtuositatis spectat virtus imperativa, virtus executiva, virtus expeditiva: prima ad dominationes, secunda ad virtutes, tertia ad potestates, quarum est arcere potestates contrarias. Ad perfectionem officiositatis spectat regere et relevare. Primum est principatuum, secundum archangelorum, tertium angelorum, quia custodiunt ne stantes cadant et cadentes adiuvant ut resurgant. Et sic patet quod h

ordo sit in angelis secundum plures minus gradatim a superioribus descendendo usque ad ultima. Ordo autem omnium dicitur ab eo qui excellentius accepit in munere.

Post naturam vero corpoream

De productione hominis quantum ad spiritum. IX.

et incorpoream dicenda sunt aliqua de natura ex utrisque composita, primo ex parte animae, secundo ex parte corporis, tertio ex parte totius hominis. De anima igitur rationali hoc in summa tenendum est secundum sacram doctrinam, quod ipsa est forma ens, vivens, intelligens et libertate utens. Forma quidem ens, non a se ipsa nec de divina natura, sed a Deo de nihilo per creationem in esse deducta. Forma autem vivens non ex natura intrinseca et se ipsa, non vita mortali, sed vita perpetua. Forma vero intelligens non tantum creaturam, sed etiam creatricem essentiam, ad cuius imaginem facta est, per memoriam, intelligentiam et voluntatem. Forma libertate utens, quia semper est libera a coactione; a miseria et coactione libera fuit in statu innocentiae, licet non in statu naturae lapsae. Haec autem libertas a coactione non est aliud quam facultas voluntatis et rationis, quae sunt potentiae animae principales. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium sit beatissimum et benivolentissimum, ideo sua summa benignitate beatitudinis suae communicat creaturae non tantum spirituali et propinquae, sed etiam corporali et longinquae, corporali tamen et longinquae mediante propinqua, quia lex divinitatis haec est ut infima per media reducantur ad summa. Et ideo non tantum spiritum angelicum et separatum fecit beatificabilem, sed etiam spiritum coniunctum, scilicet humanum. Est igitur anima rationalis forma beatificabilis. Et quia ad beatitudinis praemium pervenire non est gloriosum nisi promeritum, nec mereri contingit nisi in eo quod voluntarie et libere fit, ideo oportuit animae rationali dari libertatem arbitrii per remotionem omnis coactionis, quia haec est de natura voluntatis ut nullatenus possit cogi, licet per culpam misera efficiatur et serva peccati. Rursus quia forma beatificabilis est capax Dei per memoriam, intelligentiam et voluntatem, et hoc est esse ad imaginem Trinitatis per unitatem in essentia et trinitatem in potentiis, ideo animam necesse fuit esse intelligentem Deum et omnia, ac per hoc Dei imagine insignitam. Et quia nihil beatum potest beatitudinem amittere, nihil potest esse beatificabile nisi esset incorruptibile et immortale. Necesse igitur fuit animam rationalem immortali vita de sui natura esse viventem. Postremo quia omne quod ab aliquo beatificabile est et immortale, est mutabile secundum bene esse et incorruptibile secundum esse, ideo anima nec a se est nec de divina natura, quia mutabilis, nec producta de aliquo, nec per naturam generata, quia est immortalis et incorruptibilis, et ideo haec forma non potest per generationem in esse induci, quia esset naturaliter generabilis et naturaliter corruptibilis. Ex his apparet qualiter finis beatitudinis necessitatem imponit productioni, conditioni ipsius animae ad beatitudinem ordinatae. Quoniam anima est beatificabilis et immortalis, ideo cum unitur mortali corpori, potest ab eo separari, ac per hoc non tantum forma est, verum etiam hoc aliquid; et ideo non tantum unitur ut perfectio, verum etiam ut motor, et sic perficit per essentiam quod movet pariter per potentiam. Et quoniam ipsa non tantum dat esse, verum etiam vivere et sentire et intelligere, ideo potentiam habet vegetativam, sensitivam et intellectivam; ita quod per potentiam vegetativam generat, nutrit et augmentat: generat ut quod, nutrit ut quale, augmentat ut quantum. Per sensitivam apprehendit sensibilia, retinet apprehensa, componit et dividit retenta; apprehendit per sensus exteriores quinque, pertinentes secundum correspondentiam ad quinque mundi corpora principalia; retinet per memoriam; componit et dividit per phantasiam, quae est prima virtus collativa. Per intellectivam autem discernit verum, refugit malum et appetit bonum: verum quidem discernit per rationabilem, malum repellit per irascibilem, bonum appetit per concupiscibilem. Rursus quia discretio veri est cognitio, fuga et appetitus est affectio, ideo tota anima dividitur in cognitivam et affectivam. Amplius quoniam cognitio veri est duplex, vel veri ut veri, vel veri ut boni, et hoc vel aeterni quod est supra animam, vel temporalis quod est infra, hinc est quod potentia cognitiva ut potentia intellectiva et ideo dividitur scilicet quod intellectus in speculativum et practicum, et in superiorem portionem et inferiorem, quae potius nominant diversa officia quam diversas potentias. Postremo quoniam appetitus duplex est: aut ad aliquid fertur secundum naturalem instinctum, vel secundum deliberationem et arbitrium, hinc est quod potentia affectiva dividitur in voluntatem naturalem et voluntatem electivam, quae proprie voluntas dicitur. Et quoniam talis electio indifferens est ad utramque partem, ideo est liberum arbitrium; et quia hoc in diffinitione consequitur ex deliberatione praeambula et voluntate adiuncta, hinc est quod liberum arbitrium est facultas rationis et voluntatis; et sic dicit Augustinus omnes potentias rationales complectitur arbitrium. Cum de libero arbitrio loquimur, non de parte animae loquimur, sed certe de tota; et ex consensu est illarum potentiarum rationis se supra se ipsam redeuntis et voluntatis concomitantis. Consequitur integritas libertatis, quae est principium meriti vel demeriti secundum electionem boni vel mali.

De corpore vero humano

De productione hominis quantum ad corpus. X.

in statu primae conditionis haec sunt tenenda secundum doctrinam fidei orthodoxae: quod corpus hominis primum sic conditum fuit et de limo terrae formatum, ut tamen esset animae subiectum et suo modo proportionabile; in quantum ad complexionem aequale, quantum ad organizationem pulcherrimum et multiforme, et quantum ad rectitudinem staturae sublime. Subditum autem ut esset obtemperans sine rebellione, esset et propagans et propagabile sine libidine, esset vegetabile sine defectione et immutabile ad omnimodam corruptionem non inducentem mortem. Et secundum hoc datus est sibi locus paradisi terrestris in habitatione tranquilla, formata est mulier de latere viri in consortium et adiutorium ad propagationem immaculatam, datum est lignum vitae ad vegetationem continuam et tandem ad immutationem perfectam et immortalitatem perpetuam. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium sit in producendo potentissimum, sapientissimum et optimum, et in omnibus effectibus suis hoc aliquo modo manifestet, potissime debet hoc manifestare in ultimo effectu et nobilissimo. Huiusmodi est homo, quia inter cunctas creaturas productus est ultimo, ut in illo appareret et reluceret potissime divinorum operum consummatio. Ut ergo in homine manifestaretur Dei potentia, ideo fecit eum ex naturis maxime distantibus coniunctis in unam personam et naturam; huiusmodi sunt corpus et anima, quarum unum est substantia corporea, altera vero, scilicet anima, est substantia spiritualis et incorporea, quae in genere substantiae maxime distant. Ut ergo manifestetur Dei sapientia, fecit tale corpus quod proportionem suo modo haberet ad animam. Quoniam igitur corpus unitur animae ut perficienti et moventi et ad beatitudinem sursum tendenti, ideo ut conformaretur animae vivificanti, habuit complexionem aequalem non a pondere vel mole, sed ab aequalitate naturali iustitiae, quae disponit ad nobilissimum modum vitae. Ut conformaretur moventi per multiformitatem potentiarum, habuit multiformitatem organorum cum summa venustate et artificiositate et ductibilitate, sicut patet in facie et in manu, quae est organum organorum. Ut conformaretur animae sursum tendenti ad caelum, habuit rectitudinem staturae et caput sursum erectum, ut sic corporalis rectitudo mentali rectitudini attestaretur. Postremo ut in homine manifestaretur Dei bonitas et benivolentia, ideo fecit hominem absque omni culpa et absque omni poena et miseria. Cum enim primum principium simul sit optimum et iustissimum, quia optimum non debuit facere hominem nisi bonum ac per hoc innocentem et rectum; quia iustissimum, poenam non debuit infligere ei qui nullum habebat omnino peccatum. Ac per hoc tale corpus constituit illi animae rationali quod sibi esset obtemperans, ut nulla esset in eo pugna rebellionis, nulla pruritus libidinis, nulla diminutio vigoris, nulla corruptio mortis, ita quod esset animae conforme. Ut sicut anima erat innocens et tamen poterat cadere in culpam, sic corpus esset impassibile et tamen posset cadere in poenam; et ideo poterat non mori et poterat mori, poterat habere sufficientiam et poterat habere indigentiam, poterat obtemperare et poterat habere rebellionem et pugnam. Et propterea in statu illo

corpus erat tale, ut ab eo fieret seminalis decisio ad propagationem prolis parvuli sexus mulieris pareret; et in principiatis fieret humoris nutrimentalis consumptio per actionem caloris, fieret tamen nihilominus restauratio per alimentum lignorum paradisi, restauratione per lignum vitae seu praeservatione humidi radicalis, quod hanc virtutem habuit, ob quam virtutem lignum non solum fuit in alimentum, verum in sacramentum. Incorruptio igitur et immortalitas corporis Adae proveniebat velut ab anima sic continente et influente, a corporis bona et aequali complexione sic disponente et suscipiente, a ligno vero vitae sic a vegetante et animante, a regimine vero divinae providentiae sic interius conservante et exterius protegente.

De productione hominis quantum ad totum compositum. XI.

De toto autem homine in paradiso posito haec tenenda sunt, scilicet quod datus est ei duplex sensus, scilicet interior et exterior, mentis et carnis; datus est ei duplex motus, scilicet imperativus in voluntate, executivus in corpore; datum est ei duplex bonum, unum visibile, alterum invisibile; datum est ei duplex praeceptum, scilicet naturae et disciplinae: praeceptum naturae crescite et multiplicamini; praeceptum disciplinae de ligno scientiae boni et mali ne comederes. Insuper quod datum est sibi quadruplex adiutorium, scilicet scientiae, conscientiae, synderesis et gratiae, ex quibus habuit sufficienter unde posset in bono stare et proficere et a malo cavere et declinare.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia primum principium fecit mundum istum sensibilem ad declarandum se ipsum, videlicet ad hoc quod per illum tamquam per speculum et vestigium reduceretur homo in Deum artificem amandum et laudandum. Et secundum hoc duplex est liber, unus scilicet scriptus intus, qui est aeterna Dei ars et sapientia; alius scriptus foris, videlicet mundus sensibilis. Cum igitur esset una creatura quae sensum haberet interiorem ad cognitionem libri interioris, scilicet angelus, et alia quae totum sensum haberet foris, ut quodlibet ~~animal~~ animal brutum, ad perfectionem universitatis fieri debuit creatura quae hoc duplici sensu esset praedita ad cognitionem libri scripti intus et foris, scilicet sapientiae et sui operis. Et quia in Christo simul concurrit sapientia et eius opus in una persona, ideo dicitur liber scriptus intus et foris, scilicet sapientiae ad reparationem mundi. Et quia cuilibet sensui respondet motus, ideo datus est duplex homini motus, unus secundum instinctum rationis in mente, alius secundum instinctum sensualitatis in carne; primus est imperans, secundus est obtemperans secundum rectum ordinem; quando autem fit e converso, tunc rectitudo et regimen animae praecipitatur de statu suo. Et quia cuilibet motui et sensui respondet appetitus ad aliquod bonum, ideo praeparatum est homini duplex bonum, unum visibile, alterum invisibile, unum temporale, aliud aeternum, unum carnis, alterum spiritus. Et huius boni Deus unum dedit, alterum promisit, ut unum gratis possideret, alterum per meritum quaereret. Et quia frustra datur bonum nisi custodiatur, frustra promittitur nisi adipiscendo perveniatur, ideo duplex est datum homini praeceptum, unum naturae ad custodiendum bonum datum, alterum disciplinae ad promerendum bonum promissum, quod nullo modo melius poterant mereri quam per meritum obedientiae. Obedientia autem meritoria est quando praeceptum ex se solo obligat, non ex aliqua alia causa, et tale dicitur praeceptum disciplinae, quia per ipsum discitur quanta sit virtus obedientiae, quae suo merito ducit ad caelum, suo vero contrario praecipitat in infernum.

Quod igitur datum est in mandatum homini non propter indigentiam aliquam quam Deus haberet de humano obsequio, sed ad dandam viam merendi coronam per meritum et virtutem obedientiae; et quoniam homo conditus est ex nihilo, sic forte nec per gratiam confirmatus, poterat cadere; benignissimus Deus quadruplex ei contulit adiutorium, duplex naturae et duplex gratiae. Duplex est quod indidit rectitudinem ipsi naturae: unam ad recte iudicandum, et haec est rectitudo conscientiae; aliam ad recte volendum, et haec est synderesis, cuius est remurmurare contra malum et stimulare ad bonum. Duplex est superaddita perfectio gratiae: una gratiae gratis datae, quae fuit scientia illuminans intellectum ad cognoscendum se ipsum, Deum suum et mundum istum qui factus fuerat propter ipsum; alia gratiae gratum facientis, quae fuit caritas habilitans affectum ad Deum diligendum super omnia et proximum sicut se ipsum.

Et sic ante lapsum homo perfecte habuit naturalia, sicut vestita nihilominus gratia divina; ex quo manifeste colligitur quod si cecidit, hoc non fuit nisi ex culpa sua, quia obedire contempsit.

De completione et ordine totius mundi constituti. XII.

Ex praedictis colligi potest quod creatura mundi est quasi quidam liber in quo relucet, repraesentatur et legitur Trinitas fabricatrix secundum triplicem gradum expressionis, scilicet per modum vestigii, imaginis et similitudinis; ita quod ratio vestigii reperitur in omnibus, ratio vero imaginis in solis intellectualibus seu spiritibus rationalibus, ratio similitudinis in solis deiformibus; ex quibus quasi per quosdam scalares gradus intellectus humanus natus est gradatim ascendere in summum principium.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum omnes creaturae respectum habeant et dependentiam ad creatorem suum, tripliciter ad ipsum comparari possunt: aut sicut ad principium creativum, aut sicut ad obiectum motivum, aut sicut ad donum inhabitativum. Primo modo comparantur ad ipsum omnes effectus; secundo omnes intellectuales; tertio omnes spiritus iusti et Deo accepti. Omnis enim effectus quantumcumque parum habens de esse habet Deum sicut principium; omnis intellectus quantumcumque parum habens de luce natus est percipere et amore capere Deum; omnis spiritus iustus et sanctus habet donum Spiritus Sancti infusum. Et quia creatura habere non potest Deum sicut principium, quin conformetur ei secundum unitatem, veritatem et bonitatem; nec Deum sicut obiectum, quin eum capiat per memoriam, intelligentiam et voluntatem; nec Deum ~~sicut Deum~~ sicut donum infusum, quin configuretur ei per fidem, spem et caritatem, seu per tres dotes; et prima conformitas est longinqua, secunda propinqua, tertia proxima; hinc est quod prima dicitur vestigium Trinitatis, secunda imago, tertia similitudo. Est igitur spiritus rationalis medius inter primum et ultimum, ita quod primum habet infra se, medium interius, et tertium supra; et ideo in statu innocentiae, cum imago non erat vitiata sed deiformis effecta per gratiam, sufficiebat liber creaturae in quo se ipsum exerceret ad contuendum lumen divinae sapientiae; ut sic sapiens esset, cum universas res videret in se, videret in proprio genere, videret in arte; secundum quod tripliciter res habent esse, scilicet in materia vel natura propria, vel in intelligentia creata, et in arte aeterna; secundum quae tria dicit Scriptura: Dixit Deus fiat, fecit, et factum est. Et propterea triplicem visionem, triplicem oculum accepit homo, sicut dicit Hugo, scilicet carnis, rationis et contemplationis; quorum quidem oculus contemplationis actum suum perfectum non habet nisi per gloriam, quam amittit per culpam, et recuperat autem per gratiam et fidem et Scripturarum intelligentiam, quibus mens humana purgatur, illuminatur et perficitur ad caelestia contemplanda; ad quae lapsus homo pervenire non potest, nisi prius defectus et tenebras proprias recognoscat; quod non facit, nisi consideret et attendat ruinam humanae naturae.

Explicit liber de creatura mundi ii. Incipit liber iii de corruptela peccati. De origine mali. Capitulum I.

Praedeterminatis aliquibus breviter de Trinitate Dei et creatura mundi, restat aliqua tangere breviter de corruptela peccati. De quo in summa tenendum est quod peccatum non est essentia aliqua, sed defectus et corruptela, qua scilicet corrumpitur modus, species et ordo in voluntate creata; ac per hoc corruptio peccati est ipsi bono contraria. Nec tamen habet esse nisi in bono, nec ortum trahit nisi a bono, quod quidem est liberum voluntatis arbitrium, et ipsum non est summe malum, cum possit velle bonum, nec summe bonum, cum possit declinare in malum.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia primum principium, cum sit ens a se ipso, non ab alio, necesse est quod sit ens propter se ipsum, ac per hoc summe bonum, nullius prorsus habens defectum. Non est igitur aliquid nec esse potest quod sit principium et summe malum, quia principium primum dicit summum complementum et summum malum dicit summum defectum per maximum. Cum igitur primum principium ut summe ens et completum non deficiat in essendo nec in operando, nec summe malum est, nec aliquod malum est. [Non ergo aliquod malum principiare potest.] Quia tamen opus eius est bonum, de non esse in esse deducere potest et sine adminiculo alicuius naturae; quod et fecit, cum creaturam fecit, cui dedit esse, vivere et intelligere et velle. Quae quidem, quia a summo bono fuit, secundum habitudinem triplicem esse oportuit quod haberet in sua substantia et virtute modum, speciem et ordinem. Creata igitur fuit agere opera sua a Deo et secundum Deum et propter Deum, et hoc secundum modum, speciem et ordinem sibi institutum; sed quia de nihilo fuit, et defectiva potuit deficere, agendo propter Deum, ut ad faciendum propter se, non propter Deum.

ac per hoc nec a deo nec substantiam, et hoc est peccatum quod est modi speciei et ordinis corruptivum. quod quia defectus est, non habet efficientem causam, sed deficientem, videlicet defectum voluntatis creatae. Creatura non corrumpitur et non nisi boni, et omnis corruptio est in re corruptibili. ideo non est nisi in bono, ac per hoc et voluntatem liberam corrumpit in sui modum speciei et ordinis deficiendo a vero bono. praeterea etiam quia hujusmodi et est a voluntate sicut a proprio origine, et est in voluntate sicut in proprio subiecto subito, quod quia fit voluntas quae sua defectibilitate, mutabilitate et vertibilitate spreto bono deficiente et commutatur bono commutabili, habere sit. Ex quibus colligitur quod peccatum non est appetitio malarum rerum, sed desertio meliorum, et ideo appetitus voluntatis est modi speciei et ordinis corruptivus, ac per hoc adeo voluntarium quod si non est voluntarium, iam non est peccatum. Unde autem praedictis manifeste convincitur impietas manicheorum ponentium summe malum omnium malorum principium. apparet autem quae sit mali origo et quae sit mali subiectum.

De primorum parentum temptatione ij

Ad intelligentiam autem quae fuit corruptela peccati introductiva in mundum, considerandus est lapsus primorum parentum traducentium peccatum originale et ortum seu radicem peccati actualis. Circa lapsum igitur primorum parentis haec tria nobis consideranda occurrunt, scilicet temptatio diabolica praemissa, et peccati inflicta. haec autem de temptatione tenenda sunt, quod cum deus hominem condidisset in felicitate paradisi duplicis sexus, virilis scilicet et muliebris, diabolus invidens homini assumpta specie serpentina aggressus est mulierem primo interrogando, auctoritatem praecepti dei nec credentis etc. secundo asserendo neque moriemini, tertio promittendo eritis sicut dii scientes bonum et malum. volens istam temptationem dirigere mulierem in timorem et illam postmodum perua sexum virilem, quod fecit deo permittente. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia sicut primum principium est potentissimum in producendo, sic et rectissimum in gubernando, et ideo sic res quas condidit administrat, ut agere proprios motus sinat. Quia igitur homo sic factus erat ut per victoriam pugnae perveniret ad praemium gloriae cernendae, licet deus sciret hominem temptationi succumbere, debuit tamen permittere hominem temptari ab eo quem sciret posse et velle. Quia igitur diabolus quae prius erat sciens et rectus per superbiam cadendo factus est versutus et invidus, ideo per invidiam temptare volebat et per astutiam sciebat, ideo temptavit tam quam potuit et deo permisit. Et quia ergo in temptando speciem serpentinam assumpsit, hoc fuit dispensationis divinae, ut non solum deprehenderetur ejus versutia per verba, verum etiam in illa effigie versutia diaboli in temptando innotesceret per speciem cunctis filiis Adae. Rursus quia temptavit de praecepto dissimile, hoc similiter fuit dispensationis divinae, ut sine virtute, sine viribus, eiusque in motu eleceret mutuo obedientiae suae destituendo. Rursus autem incepit a muliere, hoc fuit versutiae suae, quia facilius est decipere minus forte. Versutia hostis et infirmiorem parte aggreditur civitatem. Similiter modus quo temptationem processit magis fuit versutiae, quia expetendo et pellendo et alliciendo. Experientiam enim sumpsit in interrogatione, impulit in asseveratione, allexit in promissione. Primo enim interrogans de mandato eam in vocem ducet indubium, secundo dubitationem habita, ne forte moriamini, asseverans in vitabile ducet in contemptum. tertio promisit in concupiscibile ducit in appetitum. et sic his tribus modis libertatem arbitrii traheret in consensum, quae est facultas rationis et voluntatis, complectens videlicet tres potentias vires, rationale, irascibile, concupiscibile. Primo ergo diabolus allexit per pomum appetibile, secundo per scientiam quae est appetibilis intellectui per excellentiam, tertio modo dei, quae est appetibilis irascibili per suavitatem ligni quae appetibilis concupiscibili. Et sic temptavit omne quo erat in muliere temptabile, per omne illud quod poterat temptationem inducere, quae est complexa appetibilis mundi, scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vitae, scilicet quae tria omnis genus temptationis attenditur, scilicet a mundo, scilicet a carne scilicet a diabolo.

De primorum parentum transgressione iij

De culpa vero primorum parentum haec tenenda sunt, quod mulier assentiens temptationi diabolicae appetiit scientiam et excellentiam admodum dei, appetivit nichilominus experiri suavitatem ligni vetiti, et inde cadit in transgressionem praecepti, non habens complacentia offerendo fructum ligni vetiti in ducem viro, qui nolens delicias suas contristare mulierem non corrumpit, sed potius consensum praebuit male suadenti, et oblatum pomum gustando effectus est transgressor divini mandati. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia cum a primo principio vir sit dotatus esset homo duplici sensu, scilicet appetitu et duplici libero, et duplici bono, videlicet superiori, haec libertate arbitrii hoc posset ad utrumque. Quoniam igitur mulier audita suggestione serpentis exteriori, non recurrit ad libri interiorem quae legibilis se praebuit recto iudicio rationis, sed solummodo suum circa exteriorem librum tenuit, et circa exteriorem bonum negotiata est. Et quia seipsum ei non accessit ad verum et stabile appetitum ei conti, appetitum ad bonum commutabile, appetit ergo quod diabolus promisit, et ideo consensit ut faceret quod suggessit, appetendo ergo excellentem scientiam circa et in superbiam, et circa superbiam haec ipso illecta est ad gulam, ac per hoc fructo prostrata est per inobedientiam. Prius fuit in mente scilicet in sensualitate totum temptante. Et sic temptatio ab inferiori incipiens pervenit usque ad summum, quia ab auditu per appetitum venit ad consensum. sic et deordinatio a summo incipiens pervenit usque ad imum, et fuit unum praeter consuetum quod in humana natura omnis peccati initium est et origo malorum. Sic mulier illecta illexit virum qui, sicut ad librum exteriorem conversus et a bono commutabili nimis appetendo mulieris consortium et suae societatis solatium, nec mulierem voluit corripere nec propriis deliciis contristare, quae debuisset eam corripere et non corripuit. Ideo imputatur ei peccatum mulieris. Quia vero noluit suas delicias contristare a se repellendo mulierem, et per superbiam nimium diligendo, ac per hoc recedens a divina amicitia cadit in gulam et inobedientiam. fuit ergo transgressio praecepti utrique communis, licet et alia et alia causa quia non vir sed mulier seducta fuit. Utrique tamen scilicet mulieri et viro fuit deordinatio a summo usque ad imum, quia primo in mente subsumitur sensualitate, et postremo in opere, ideo est utriusque. prius fuit per inobedientiam ut illexit per gulam, quia utrique circa circa scientiam et superbiam nihil quod appetendo et abiciendo quod non accepit, vir nimis amando et appetendo quod iam habebat, unde mulier manducando comedit et socium et virum suum, quod tamen arbitratus est ad magnum. Ideo cum iam vivit comitem quidem unum et gratia fuit rigorem divinae severitatis. Et sic utrique diu se erexit super se, et cedit immobiliter infra se astutum in non cedere et gratiae statutum culpae et iustitiae.

De primorum parentum punitione iiij

De poena autem haec tenenda est, quod vir et mulier statim post culpam senserunt peccatum rebellionis et concupiscentiae in carne, et ideo ad cooperiendum verecunda fecerunt sibi perizomata. Post autem divino iudicio vir incurrit poenam laboris et angustiae, poenam mortis et resolutionis in cinerem. Sic dicitur scriptum: maledicta terra etc. Mulieri autem duplicata est poena, quia inflicta est proventus multiplicari eius nati in conceptu, poena dolorum in partu, poena subiectionis ad virum in convictu. ac per hoc sed quod apparet satis graviter punitur fuit illud peccatum scilicet esus ligni vetiti licet autem facilius permittatur. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia cum primum principium sit prudentissimum in gubernando et rectissimum in praesidendo, nichil prorsus impunitum dimittit inordinatum. Et quia culpa recte ordinat in poenam, ideo statum deordinati peccati subsecutum est deordinatio iudicii ut quod in ordinatum fuit cadendo a bono nec cadit statim ab ordine iustitiae.

h' est duplex ordo · sicut extra oplectit' · v q ab uno cecidit
i alteru dissiliu relabat · Cum igitur vtrq; parens sciendo i me
te · et gustando i carne · i obediens fuit suo sriori · ideo diuino iu
dicio factu est · v sibi fieret i obediens suu; iferi' · z maxie q̄ q̄
ad ptes illas s; qs e oiuctio vtrq; sexe · q sc mbr · ofuietia vi
tuti gnatie · Et q h iceant eis · n extra · s; ex ppa culpa · io eru
bescebat · et cohopiebat ¶ Rurs' q spiritu summo dlectabli
ofuiut i carne delectari · io iusto dei iudicio · iflicte e ei labor
et defcs famis et sitis ¶ Postremo q pp bonu carnis separari
deg · abs inius · io iusto dei iudicio · aia iuita separat a carne p
morte · z iñanatoe · ac p hoc sic ds dedit homini · s; ordine ne
cor · sbiectu aie ppagabile · sm libidie · vegetable · sm defectoe
imutable · iuisibile · sm mortalitate · iueniete · sic hoie pari
te · s; ordiatoe iustic · sbtrahet e pdca iflīget opposita · v culpa
n reaneret ipunita · et iordiata · q nequaq pati debet diuina
prudentia · Et qm a muliere pecc sumpsit exordiu; · io pena ipi · genera
t · q e sibies fuit inite · io icurrit sbiectoe · q uid' rappeti
it lignu · ad vescend suaue · icurrit dolore · postremo q frig ingu
obedie icurit vicli; mltiplas · cuipne · z ppd' · Et sic p; q̄to ordie
diuie prudentie iflicte sc multiplices pene viro · et duplicate
i muliere · v sic decet pctu · n eet sine decore iusticie · De origi-
nalis
Post lapsum vero primi parentis. pcti corruptoe · v.
p dicenda sc aq · de traductoe · origial' pcti · circa qd osidrand
est p'o mod' corruptois · s'o mod' traductois · t'cio mod' cura
tois · mod' aut · q genus huan · p ori' pcc corrump' · h' est
qa qlibz p ocubitu geniat · nascit · na filius ire · q priuat
rectitudie origial' iustic · pp cui absetia icurrimus q adaiam
qdic' pena · s · i firmitate · igratia · malitia · z ocup' · q sc pp
ori' pcc iflicta · qs sane penas spuales ocitat i corpe mul
tiplex pealitas · multiplex defect' · multiplex labor · multiplex morbi
z multiplex dolor · ad has penas sbseqt pena mortis · z ic
neratois · pena carentie visiois dei · z amissiois glie celestis
n solu i adultis · ver etia i puul' n baptigatis · q qdē puuli
pena mitissia · pre ceteris puniut · q solu pena; dapni hnt ·
s; n sens' ¶ Rō aut ad itellia pdcou · hec e · q cu pm' · o agat
a se · z s; se · z pp se · necce est ee optim · ac pl' pussim · et
iustissim · et in q vniuse vie eius mia et uitas · sm iuditiu;
¶ Si aut ds a pri' · i tantis miseris odidiss; homine · n pietas
eet · n iusti · q s · tanta miseria op' sui; opprimet · nulla pcede
te culpa · Silr · si tantis miseriis replet nos · vl' repleri pmi
ttet sn culpa · nec pie n iuste gubnar; nos diia puide · Ig
iustissim e p' p' · et i pducēdo · z i puidedo rectissimu · et
clementissim ee · necce est q tali gn huan fecerit · v a p'
nulla eet i eo culpa · nec miseria · necce e ei v talit' amm
sterit · v n pmittat i nb ee misera · n pp aliq culpa pcedente.
¶ Cum ig · rectu est · q a nra origie multiplex ohuiu miseria pe
ne · certu e q os nati nascim filij ire · ac pl' puati rectitudie
origial' iustic · q vocam' culpa ori' · Et q ois culpa d' recessu
a bo i omutabli · et accessu ad bo' omutable · z recede a bo
repelle oia. s; et ppr pfcissia inocetia. q s; ordine nal iustic n pmi
tit pati iuite. sic et patet. v tam h eet c nale iclinatoe. et appe
titu ne. q e i sesualitate et carne. Et hic e q x ois. s; roe
vo carnis exprimebat. q passioe refugiebat cu dicebat. Transe
at a me calix iste. vo tam rois. vo pris csentiebat. et appetitu
carnis ppoebat cu dicebat. n mea vo. s; tua fiat. et sic una
vo n erat alti cra. q s; vo dia. qd iustu erat volut. s;
vo rois iti csensit. s; vo. carnis pena recusaui. s; tn iti. no
acceau. et sic una q; vo. q sui; erat cpalat. et qd ad se ptic

bat sequebatur, voluntas divina, intentio, voluntas rationis obediret voluntati carnis nostrae; ac
per hoc non erat in Christo colluctatio et pugna, sed pacata ordinatio et tran-
quillitas ordinata. **De passione Christi quantum ad modum patiendi. VIIII.**

De modo autem patiendi hoc tenendum est, quod passus est passione generalissima,
passione acerbissima, passione ignominiosissima, passione interemptoria,
sed vivificativa. Passione, inquam, generalissima quantum ad naturam humanam non solum
secundum omnes corporis principalia, verum etiam secundum omnes animae potentias, licet nihil pati posset
secundum divinam naturam. Passus est etiam passione acerbissima, quia non solum dolendo vel patiens
punitiva, sed condolendo vel compatiens pro delictis nostris. Passus est etiam passione
ignominiosissima, et pro patibulo crucis, quod erat supplicium pessimorum,
et pro consortium iniquorum latronum videlicet, cum quibus fuit deputatus. Passus est etiam
a passione interemptoria per separationem animae a corpore, salva tamen unione
utriusque cum divinitate. Anathema enim est qui dicit Dei filium naturam quam semel assumpsit
sit aliquando reliquisse. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum
reparator principium sic ordinate produxit, sic et ordinate reparare debet
genus humanum. Sic igitur reparare debet ut salva sit libertas arbitrii,
salvus nihilominus honor Dei, salvus et ordo regiminis universi. Quia igitur
reparare debuit salva libertate arbitrii, reparavit dando exemplum efficacissimum.
Exemplum autem efficacissimum est quod invitat ad culmen virtutum. Nihil autem ita in-
format hominem ad virtutes quam exemplum tolerandi mortem pro iustitia et obedientia divina,
mortem inquam non quamcumque, sed poenalissimam. Nihil magis incitat quam tanta beni-
gnitas, quod pro nobis posuit altissimus Dei filius absque meritis nostris, immo
cum multis nostris demeritis, animam suam; quae tanto maior ostenditur, quanto
pro nobis graviora et abiectiora pati voluit Deus. Quia enim proprio filio non
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donavit? Quo invitamur primum ad amandum et amatum imitandum.
Rursus quia reparare debuit salvo honore Dei, ideo reparavit offe-
rendo obsequium satisfactorium. Est autem satisfacere honorem Deo debitum
rependere. Honor autem Deo subtractus per superbiam et inobedientiam respectu rei ad
quam homo astringebatur nullomodo melius restituitur quam per obedientiam et humiliationem ad
eam rem ad quam nullatenus tenebatur. Cum igitur Christus Iesus in quantum Deus aequalis erat Patri
in forma Dei, in quantum vero homo innocens nullatenus erat debitor mortis, cum
semetipsum exinanivit et factus est obediens usque ad mortem. Et solvit
Deo quae non rapuit per obsequium satisfactionis perfectae, et obtulit sacrificium
suavitatis summae per perfectam Dei placationem. Postremo quia reparare
debuit salvo ordine regiminis universi, ideo per remedium con-
venientissimum. Convenientissimum autem remedium est ut contraria contrariis curentur.
Quia igitur homo volens esse sapiens ut Deus peccavit in ligno vetito vo-
lens delectari, scilicet quod inclinatum est ad libidinem, erexit in praesumptionem;
ac per hoc totum genus humanum infectum est et perdidit immortalitatem
et incurrit debitam mortem. Hinc est quod ad hoc ut homo repararetur convenien-
ti remedio, Deus factus homo voluit humiliari et in ligno pati et
contra universalem infectionem pati passionem generalissimam, contra libidinem
passionem acerbissimam, contra praesumptionem passionem ignominiosissimam, contra
mortem debitam et inflictam pati mortem non meritam, sed voluntariam. Quia
igitur generalitas corruptionis in nobis infecerat non solum corpus et animam, sed
et omnes corporis partes et omnes animae potentias, hinc est quod Christus passus est in omni corporis parte
et in omni potentia animae, et in superiori parte rationis, quae summe in Deo delectabatur
per visionem sui ad superiora, et summe patiebatur in natura et per compassionem
ad inferiora, quia Christus erat viator et comprehensor simul. Rursus quia libido
vehemens in nobis infecerat et animam et carnem, et quoad carnalia et quoad peccata
spiritualia, hinc est quod Christus et acerbissima passione passus est in carne et a-
marissima compassione in anima. Et quia in carne erat maxima aequalitas com-
plexionis et perfecta vivacitas sensuum, in anima vero summa caritas

ad Deum et summa pietas ad proximum, hinc est quod utique dolor fu-
it acerbissimus. Amplius quia tumor superbiae aliquando consurgit ex praesumptione
..., ex ostentatione et aliena laude, ideo ad remediandum contra
superbiam Christus passus est utroque genere ignominiae, et in se patiente et in ignomi-
niam quam habuit in passione. Postremo quia haec omnia non attingebant divinam
naturam impassibilem, sed solum humanam, hinc est quod in morte sic factum est di-
visio animae a corpore, ut tamen salva esset unitas personae, et violenta carnis
quam animae a divinitate. Et quia unio animae cum corpore facit hominem et facit
vivum, hinc est quod Christus non fuit homo in illo triduo, licet anima et caro unita
esset Verbo; quia in humana natura mors non potuit mortem inducere in persona
quae semper fuit viva. Sed mortua est mors in vita, et per Christi mortem absor-
pta est mors in victoria, et praeceps mortis devicta. Ac per hoc homo a morte
et ab omni morte Christus tanquam per remedium efficacissimum liberatur.

De passione Christi quantum ad effectum passionis. X.

De effectu autem passionis et fructu haec indubitanter tenenda sunt,
quod anima Christi post passionem descendit ad infernum, scilicet ad limbum, ad li-
berationem non omnium, sed eorum qui in terra in ... decesserunt per fidem vivam vel fidei
sacramenta. Post haec tertia die resurrexit a mortuis, resumendo corpus quod prius vi-
vificaverat, sed non tale quale fuerat prius, quia prius fuerat passibile et
mortale, post autem resurrectionem impassibile et immortale, vivens in semper-
ternum. Deinde post XL dies ascendit ad caelos, ubi super omnes caelos
exaltatus sedet ad dexteram Patris, quod dicitur intelligi non quantum ad situm
quod non competit Deo Patri, sed quantum ad excellentiam bonorum, quia residet in potioribus
bonis Patris. Postremo impletis X diebus misit in apostolos promissum
Spiritum Sanctum, per quem est ecclesia genita, aggregata et ordinata secundum diversas distri-
butiones officiorum et gratiarum. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est,
quia sicut Christus in quantum Verbum increatum perfectissime omnia formavit, sic in quantum in-
carnatum perfectissime omnia reformare debuit. Decet enim perfectissimum
principium opus non dimittere imperfectum; adhuc autem quia erat perfectissimum, oportuit quod esset
sufficientissimum. Quia igitur sufficientissimum, ideo se extendit ad caelestia et ter-
restria et infernalia. Quia igitur per Christum sunt infernalia recuperata, terrestria re-
mediata, caelestia redintegrata, in quo principaliter hoc fecit per victimam sui, ...
... per gloriam, ideo per passionem anima descendit ad inferos ad liberandum
in inferno detentos; deinde resurrexit a mortuis ad vivificandum in se
mortuos; ascendit ad caelos reducendo captivitatem ad redintegrationem
caelestem; misit Spiritum Sanctum ad aedificandum ecclesiam terrestrem, quae omnia necessario
esse et exigunt ad sufficientiam reparationis humanae. Rursus quia remedium
fuit efficacissimum, ideo in eis quos Christus adductum possessionem quod in eis consequitur,
qui tamen ad ipsum Christum accederent et accessissent, et ei membra fierent et sunt. Tales
autem sunt qui adhaerent ei per fidem, spem et caritatem. Ideo remedium per efficaciam hinc
debuit prius in eos qui in ipsum crediderunt, credendo speraverunt et sperando
amaverunt. Ac per hoc statim debuit ad inferos descendere ad ipsorum
liberationem; unde aperta est ianua caeli per Christi passionem, quae satisfaciendo
amovit romphaeam, mittendo suam divinam, eripuit de inferno omnia
membra sua. Debuit etiam efficaciam hanc perpetuam in eos quos Christus adductum
secum, ut attrahendo ad fidem, spem, caritatem tandem ad gloriam produ-
ceret caelestem. Ut igitur aedificaret ad fidem, qua credimus Christum verum
hominem et verum Deum, quem credimus eum voluisse nos redimere
per mortem et ad vitam nos reducere per se perfectionem, ideo voluit
resurgere ad vitam immortalem, interiecto tamen spatio temporis debito,
scilicet XXXVI horarum, in quo ostenditur quod vere mortuus fuit. Non magis
accelerare debuit, ne si citius resurrexisset crederetur quod non vere
mortuus fuisset, sed simulasset se mortuum; nec amplius differre,
ne si semper iaceret in morte crederetur impotens. Et quia illos

11

post ad vitam revocaret, ideo resurrexit tertia die. Amplius, ut erigeret ad spem, ad celestem ascendit gloriam quam speramus. Sed quia spes non oritur nisi ex fide immortalitatis future, ideo non statim ascendit, sed spatio xl. dierum interiecto, in quo per multa signa et argumenta vera astrueret resurrectionem, per quam animos solidaret in fide et sublevaret ad sperandam gloriam celestem. Postremo, ut inflammaret ad caritatem, misit Spiritum sanctum in die Pentecostes. Et quia nullus hoc igne impletur nisi qui querit, petit et pulsat cum instantia et importuno spei desiderio, ideo non statim post ascensionem misit, sed x. dierum spatio interiecto, in quo discipuli ieiunantes, orantes et gementes disposuerunt se ad sancti Spiritus susceptionem. Ac per hoc sic debitam servavit horarum in patiendo, sic in resurgendo, sic in ascendendo in celum, sic in mittendo Spiritum sanctum, et propter fundatorem tantarum virtutum preclararum et propter multa misteria que in his temporibus implicantur. Et quoniam Spiritus sanctus, qui caritas est et pacis, habetur omnium origo charismatum, ideo cum descendit Spiritus sanctus effusa est plenitudo charismatum ad corpus Christi mistice consummandum. Et quia diversa membra debet esse in corpore perfecto et diversorum membrorum diversa officia et exercitia et diversorum officiorum diversa charismata, hinc est quod unicuique datur per Spiritum sermo sapientie, alii sermo scientie, alii fides, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum; que omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult, secundum suam liberalissimam providentiam et providentissimam largitatem.

Explicit liber iiii. Incipit liber v. de gratia Spiritus sancti.

De gratia in quantum est donum divinitus datum. i.

Post incarnationem Verbi, quod est origo et fons omnis doni gratuiti, dicenda sunt aliqua de gratia Spiritus sancti, que quidem nobis consideranda occurrit primo in quantum est donum divinitus datum; secundo in comparatione ad liberum arbitrium; tertio in comparatione ad habitus virtutum; quarto in comparatione ad exercitia meritorum. De gratia igitur in quantum est donum divinitus datum hoc tenendum est, quod ipsa est donum quod a Deo immediate datur et infunditur. Et est cum ipsa et in ipsa datur Spiritus sanctus, qui est donum increatum, optimum et perfectum, quod descendit a Patre luminum per Verbum incarnatum, secundum quod Iohannes in Apocalypsi fluvium splendidum ad modum cristalli vidit procedentem de sede Dei et Agni. Ipsa nichilominus est donum per quod anima efficitur sponsa Christi, filia Patris eterni et templum Spiritus sancti; quod nullo modo fit nisi ex dignativa condescensione et condescensiva dignatione maiestatis eterne per donum gratie sue. Ipsa est denique donum quod animam purgat, illuminat et perficit, vivificat, reformat et stabilit, elevat, assimilat et Deo iungit, ac per hoc acceptabilem facit; propter quod donum istud gratia gratum faciens recte debuit appellari. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia cum primum principium productivum pro sua summa benivolentia fecerit spiritum rationalem capacem beatitudinis eterne, et reparativum principium capacitatem illam per peccatum infirmatam reparavit ad salutem, et beatitudo eterna consistit in habendo summum bonum, et hoc est Deus, et bonum excellens improportionabiliter omnem humani obsequii dignitatem: nullus omnino ad illud summum bonum dignus est pervenire, cum sit omnino supra omnes limites nature, nisi Deo condescendente sibi elevetur ipse supra se. Deus autem non condescendit per suam essentiam incommutabilem, sed per influentiam ab ipso manantem; nec spiritus elevatur supra se per situm localem, sed per habitum deiformem. Necesse est igitur spiritum rationalem, ut dignus fiat eterna beatitudine, quod particeps fiat influentie deiformis, que est a Deo et secundum Deum et propter Deum; ideo reddit ymaginem nostre mentis conformem Trinitati beatissime, non tantum secundum ordinem originis, verum etiam secundum rectitudinem electionis et secundum quietudinem fruitionis. Et quoniam qui hoc habet immediate conformatur ei, ideo donum illud immediate datur a Deo tamquam a principio influxivo. Ut sicut immediate emanat a Deo Dei ymago, sic immediate emanat ab ipso Dei similitudo, que est dicta ymaginis perfectio deiformis, et ideo dicitur ymago recreationis. Rursus, quoniam qui fruitur Deo, Deum habet, ideo cum gratia, que sua deiformitate disponit ad Dei fruitionem, datur donum increatum, quod est Spiritus sanctus, quod qui habet, habet et Deum. Et quoniam nullus Deum habet quin ab eo specialius habeatur, nullus habet et habetur a Deo quin ipsum precipue et incomparabiliter diligat et diligatur ab ipso, sicut sponsa a sponso; nullus sic diligitur quin ad eternam hereditatem pro filio adoptetur: hinc est quod gratia gratum faciens facit animam templum Dei, sponsam Christi et filiam Patris eterni. Et quia hoc non potest esse nisi ex summa dignatione et condescensione Dei, ideo illud non potest esse per aliquem habitum naturalem insitum, sed solum per donum divinitus gratis infusum. Quod expresse apparet si quis ponderet quid est esse templum Dei, Dei filium, Deo iunctum indissolubiliter et quasi matrimonialiter per amoris et gratie vinculum copulatum. Postremo, quia mens non efficitur conformis Trinitati beatissime secundum rectitudinem electionis nisi per vigorem virtutis, splendorem veritatis et fervorem caritatis; et vigore virtutis anima purgatur, stabilitur et elevatur; splendore veritatis anima illuminatur, reformatur et Deo assimilatur; fervore caritatis perficitur, vivificatur et Deo unitur; et ex his omnibus homo Deo placens et acceptus constat: hinc est quod illa influentia deiformis dicitur habere omnes decem actus predictos, ita tamen quod denominatur ab ultimo sicut a completissimo. Dicitur enim gratia gratum faciens, quia habentem facit Deo gratum, cum non solum gratis detur a Deo, verum et sit secundum Deum et propter Deum, cum ad hoc sit opus manans a Deo, ut per ipsam revertatur in Deum, in quo ad modum circuli intelligibilis consistit omnium rationabilium spirituum complementum.

De gratia in quantum educit liberum arbitrium contra peccatum. ii.

Secundo Spiritus sancti gratia nobis consideranda occurrit in comparatione ad liberum arbitrium, et hoc secundum duplicem modum: primo in quantum ipsa est adiutorium ad meritum, secundo in quantum est remedium contra peccatum. De gratia igitur in quantum est adiutorium ad meritum hoc tenenda sunt, quod cum gratia dicatur generaliter et specialiter et proprie: generaliter dicatur adiutorium divinum creature liberaliter et gratis impensum et indifferenter ad quemque actum, et sine hoc gratie adiutorio non possumus ad effectum nec durare in esse. Specialiter dicitur gratia adiutorium divinitus datum, ut quis preparet se ad suscipiendum Spiritus sancti donum, quo perveniat ad meritum statum; et hec dicitur gratia gratis data, et sine hac nullus facit sufficienter quod in se est, ut se preparet ad salutem. Proprie vero dicitur gratia adiutorium datum divinitus ad merendum, quod quidem est donum gratie gratum facientis, sine quo nullus potest mereri nec in bono proficere nec ad eternam pervenire salutem. Ipsa est tamquam radix merendi, que merita antecedit; propter quod deinde est quod prevenit voluntatem ut velit, subsequitur ne frustra velit. Verum ipsa nullus potest mereri ut condignum, sed ipsa meretur augeri in via, ut aucta mereatur perfici in patria et gloria sempiterna ab ipso Deo, cuius est gratia infundere, augere et perficere, secundum cooperationem voluntatis nostre et secundum propositum seu beneplacitum predestinationis eterne. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia cum primum principium sua optima virtute et benignissima largitate creaturam omnem de nichilo ad esse produxerit, ac per hoc creatura de se habeat non esse, sed totum esse habeat aliunde, sic facta fuit ut ipsa pro sua defectibilitate semper suo principio indigeret, et semper principium pro sua benignitate influere non cessaret. Cum igitur spiritus rationalis hoc ipso quod de nichilo sit in se defectivus, hoc ipso quod natura limitata et egena sit in se receptivus, amans proprium bonum, hoc ipso quod totus a Deo sit Deo totaliter obnoxius; et quia defectivus est, de se tendit in non esse; quia receptivus, per se non assurgit ad rectitudinem perfecte iustitie. Quia Deo totaliter obnoxius, et Deus bonis eius non indiget, nichil potest facere de se propria virtute per quod Deum sibi constituat debitorem, et maxime in meritis vite eterne, que Deus est, nisi per divinam condescensionem. Hinc est quod ad hoc quod salvetur in esse, cum sit defectivus, indiget semper adiutorio divine potentie manutenentis et influentis, per quod manuteneatur in esse; quod quamvis sit universale in creaturis omnibus, tamen nominatur nomine gratie, quia non ex debito procedit, sed ex liberalitate bonitatis divine. Hinc est quod ad hoc quod se preparet ad donum superne gratie, cum sit recu-

nus indiget dono alterius gratiae gratis datae, maxime post ruinam lapsus, per quam habilis efficiatur ad bona moralia quae sunt bona ex genere, quae nullo modo possunt dici bona, nisi procedant ex intentione recta voluntatis, quae non propter nos, sed propter summum bonum fiat; ad quod non assurgit spiritus noster incurvus, nisi perficiatur a Deo per aliquam gratiam gratis datam. Hinc medio est quod ad hoc quod faciat opera meritoria vitae aeternae, cum totaliter sit Deo obnoxius et debitor sui totius, indiget dono gratiae gratum facientis, per quam sibi Deus condescendat per acceptationem suam ymaginationem, et vere quia operationem excipiam manantem ex ea; cum nobilior sit effectu, nullus potest se facere meliorem. Hoc facere opus Deo placens, nisi prius placeat ipse, ut Deus prius ipsum respiciat quam ad munera eius. Et ideo omnis radix merendi fundatur in gratia gratum faciente, quae est facere hominem Deo dignum; propter quod nullus eam potest mereri merito condigni, sed solum merito congrui. Ipsa autem habita meretur sui ipsius augmentum in statu viae per bonum eius usum merito digni. Gratia cuius solus Deus sit ipsius gratiae fontale principium influendi, ipse solus sit principium augendi per modum infundentis gratiam, per modum meriti et dignitatis; et liberum arbitrium per modum cooperantis et merentis, pro eo quod liberum arbitrium cooperatur gratiae, quae est gratiae suum facere. Et ideo non tantum liberum arbitrium per gratiam meretur gratiae augmentum in statu viae merito digni, sed et complementum, propter sublimitatem doni, scilicet cooperantis in merito; tum propter veritatem Dei promittentis; tum propter utilitatem liberi arbitrii consentientis et finaliter perseverantis; tum propter difficultatem status merentis; tum propter dignitatem nostri capitis intercedentis, quod videlicet glorificatum cum membris; tum propter liberalitatem Dei retribuentis, et qui non dedignatur parva reddere; tum propter obsequium fidelis sibi obtemperantis; tum propter nobilitatem operis, quod ex caritate procedit, quod tantum ponderat in conspectu iudicis quantum amor ex quo procedit, qui deum incomparabiliter praeponit ceteris creaturis; et ideo non sufficienter et competenter potest nisi in Deo et summo bono remunerari. Ex quibus omnibus tamquam ex septem radicibus gloriam aeternam merito non tantum congrui, sed condigni mereri facit gratia septiformis.

De gratia in quantum illuminat ad bonum meritorium. III.

De gratia vero in quantum est remedium contra peccatum haec tenenda sunt, quod liberum arbitrium, licet sit sibi dono potentissimum, per se tamen potest in peccatum corruere, sed nullatenus potest resurgere sine adiutorio gratiae divinae, quae dicitur gratia gratum faciens; et illa, quamvis gratia licet sit sufficiens remedium contra peccatum, non tamen infunditur adulto, nisi adsit liberi arbitrii consensus. Ex quo colligitur quod ad iustificationem impii quattuor concurrunt, scilicet infusio gratiae, expulsio culpae, contritio et motus liberi arbitrii. Expellitur enim culpa a Dei dono, non a libero arbitrio, non tamen sine libero arbitrio. Gratia gratis data liberum arbitrium revocatur a malo et excitatur ad bonum, et liberum arbitrium est consentire vel dissentire, et consentientis est gratiam suscipere, et suscipientis cooperari eidem, ut tandem perveniat ad salutem. ¶ Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium hoc ipso quod primum et potentissimum sit causa tamen omnium quae fiunt in universo, praeter quam peccatorum, quae sunt transgressiones legis divinae et caelestium oboedientia mandatorum, non habet sibi rebelle in universo suum et offensivum nisi peccatum, quod contemnendo Dei praeceptum et avertendo nos a bono incommutabili, offendit Deum, deformat liberum arbitrium, perimit donum gratuitum et obligat ad supplicium aeternum. Cum igitur deformatio imaginis et peremptio gratiae sit quasi adnichilatio in esse moris et virtutis gratuitae, cum offensa Dei sit tanta ponderantia quanta est ipse, cum reatus poenae aeternae reatum trahat infinitum, impossibile est quod homo resurgat a culpa, nisi recreetur in vita gratuita, nisi remittatur offensa et poena relaxetur aeterna. Solus igitur qui fuit principium creationis est et principium recreationis, Verbum scilicet Patris aeternum, quod est Christus mediator Dei et hominum. Et quia omnia de nichilo creavit, ideo creavit se ipso solo. Sed quia in remedio, quia vero recreat deformatum per vitium culpae, reformando per habitum gratiae et iustitiae obligatum ad poenam, absolvendo per satisfactionem condignam. Hinc est quod nos reparat sustinendo pro nobis poenam in natura assumpta, et infundendo gratiam reformativam, quae quoniam nos continuat suae origini, facit nos membra Christi; ac per hoc animam peccatricem, quae fuerat inimica Dei, prostibulum diaboli et serva peccati, facit Christi sponsam, templum Spiritus sancti et filiam Patris aeterni. Quod totum fit per gratuitam et condescensivam infusionem doni gratuiti. ¶ Rursus quoniam Deus sic reformat quod leges naturae et libertatis non infirmat, ideo sic hanc tribuit libero arbitrio, ut tamen ipsum non cogat, sed liberum maneat eius consensus. Et ideo ad hoc quod culpa expellatur, non solum necesse est quod gratia reducatur, verum etiam quod liberum arbitrium in adultis dico, quia in parvulis sufficit fides ecclesiae et meritum Christi et excusat impotentia sui; necesse est etiam quod informet se expulsioni culpae per detestationem omnium peccatorum, quod vocamus contritionem. Necesse est etiam quod conformet se introductioni gratiae per complacentiam et acceptationem doni divini, quod vocamus motum liberi arbitrii; et sic necesse est ista quattuor concurrere ad iustificationem impii. ¶ Postremo quia dispositio ad formam completivam debet ei esse conformis, ad hoc quod liberum arbitrium se disponat ad gratiam gratum facientem indiget amminiculo gratiae gratis datae. Et quia gratiae est liberum arbitrium non cogere, sed praevenire, et similiter utrumque in actum producere, hinc est quod in iustificatione concurrit actus liberi arbitrii et gratiae connexione quidem et ordinate, ita quod gratiae gratis datae est excitare liberum arbitrium; est et huiusmodi excitationi consentire vel dissentire; et consentientis est ad gratiam gratum facientem se praeparare, quia hoc est facere quod est in se; et sic disposito gratia gratum faciens habet infundi, cui liberum arbitrium postea cooperari si vult, et te meretur, vel contrariari proprie, et te demeret. Si igitur cooperetur ei usque in finem, perveniet mereri ad aeternam salutem. Verum est igitur quod dicit Augustinus, quod qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te. Verum est quod non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Verum est etiam quod nullus potest superbire de meritis, quia cum Deus in nobis post sua dona coronat. Rursus verum est in Deo munere gratiae largitur, ut discat homo non esse ingratus, nec in se, quasi non acceperit, sed in Domino gloriari. Verum est etiam quod liberum arbitrium per se legem implere non potest, nec gratia in se efficax; inexcusabilis est tamen si non facit, quia gratia gratis data semper est praesto ad commotionem et amminiculo facere quod in se est, quo facto habeat gratiam gratum facientem, qua obtenta divinam impleat legem et faciat Dei voluntatem, qua facta tandem ad beatitudinem perveniat sempiternam per opera meritoria, quae totaliter sunt a gratia; quia sicut dicit Augustinus, gratia ad liberum arbitrium comparatur sicut sessor ad equum, quae quidem sessor liberum arbitrium dirigit, deducit et perducit ad portum felicitatis aeternae. Ex quo debeant nos in operibus perfectae virtutis, sed donum ipsius gratiae septiformis.

De ramificatione gratiae in habitus virtutum. IIII.

Tertio restat agere de gratia in comparatione ad habitus virtutum, circa quam consideranda sunt tria. Primum est qualiter gratia ramificatur in habitus virtutum; secundo qualiter ramificatur in habitus donorum; tertio qualiter ramificatur in habitus beatitudinum. ¶ De ramificatione igitur gratiae in habitus virtutum haec tenenda sunt, quod cum una sit gratia gratificans animam, septem sunt virtutes gratuitae, quibus regitur vita humana: tres quidem theologicae, scilicet fides, spes et caritas, et quattuor cardinales, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo et iustitia; e quibus iustitia uno modo est virtus communis et generalis, alio modo specialis. Et proprie hae septem virtutes, licet sint distinctae secundum proprias excellentias habentes, sunt tamen connexae et aequales ad invicem in eodem; licet sint gratuitae per gratiam informatae, possunt tamen fieri informes per culpam, sola caritate.

accepta, et iterum in forma propria adducente, quae est habituum virtualium origo, finis et forma. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia sicut principium productivum secundum summam perfectionem in dando vitam naturae non tantum dat vivere quoad actum primum, verum etiam quoad secundum, qui est operari; sic necesse est, quod principium reparativum vitam tribuat spiritui in esse gratuito, et quoad esse, et quoad operari. Et quoniam una virtus, sed una vita, plures tamen sunt operationes vitales ad illius vitae perfectam manifestationem; et actus diversificentur pro obiecta, et diversitas actuum requirat distinctionem habituum: hinc est, quod licet sit gratia vivificans, ramificatur tamen necessario in varios habitus, per quos operationes varias exerceat. Et quoniam quaedam sunt opera praeambula moralia, sicut credere; quaedam media, sicut intelligere credita; et quaedam postrema, sicut videre intellecta: primis anima rectificatur, in secundis expeditur, in tertiis perficitur; ideo gratia gratum faciens ramificatur in habitus virtutum, quibus anima rectificatur, in habitus donorum, quibus anima expeditur, in habitus beatitudinum, quibus anima perficitur.

Rursus, quoniam rectitudinem animae perfecte requirit, quod ipsa rectificetur secundum duplicem faciem, scilicet superiorem et inferiorem, — prima finis, secunda eorum quae sunt ad finem — ideo necesse est animam, in quantum ad superiorem faciem, in qua consistit imago Trinitatis aeternae, rectificari per tres theologicas virtutes, ut sicut imago creationis consistit in trinitate potentiarum cum unitate essentiae, sic imago recreationis in trinitate habituum cum unitate gratiae, per quos anima fertur recte in summam Trinitatem secundum tria appropriata tribus personis, videlicet quod fides in summe verum credendo et assentiendo; spes in summe arduum innitendo et exspectando; caritas in summe bonum desiderando et diligendo. Necesse est etiam, quantum ad inferiorem faciem, rectificari per quatuor cardinales: nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo irascibilem, temperantia concupiscibilem, iustitia vero rectificat omnes has vires in comparatione ad alterum. Et quia alterum illud potest esse proximus, potest esse idem homo comparatus ad se ipsum vel ad alterum, potest etiam esse ipse Deus: hinc est, quod iustitia dicitur continere omnes virtutes. Dicitur autem non tantum virtus cardinalis, verum etiam generalis, comprehendens totam animae rectitudinem. Unde et ipsa dicitur rectitudo voluntatis, unde ipsa non tantum comprehendit virtutes ordinatas ad proximum, sicut est aequitas et liberalitas, verum etiam ad se ipsum, sicut est poenitentia et innocentia, verum etiam ad Deum, sicut est latria, pietas et obedientia.

Postremo, quoniam omnis rectitudo virtutum, secundum esse gratuitum, manat a caritate tanquam ab origine et radice, et secundum esse meritorium comparatur ad caritatem sicut ad originem, formam et finem: hinc est, quod certae virtutes, quantum ad habitus, sunt connexae, et quantum ad actus meritorios sunt aequales. Hinc est etiam, quod ceteri actus virtutum possunt esse informes caritate accepta, quae est virtutum vita. Cum enim habitus sint gratuiti, et caritas in quibus consistit vita virtutum, tunc sunt informes. Cum autem sit infundens gratia, tunc formantur et decorantur, et Deo acceptabiles fiunt; sicut et colores absque luce sunt latentes, superveniente autem luce fiunt lucidi et pulcri et aspectui complacentes. Unde quemadmodum ex luce et coloribus fit unum in ratione motivi, et una lux sufficit ad multos colores illuminandos: sic ex gratia et habitibus informibus, cum formantur, fit unum, scilicet in ratione meritorii et gratuiti; et una nihilominus gratia sufficit ad informationem et gratificationem habituum gratuitorum.

De ramificatione gratiae in habitus donorum. V.

De ramificatione autem gratiae in habitus donorum haec tenenda sunt, quod licet plena sit donatio gratiae gratis datae, et generaliter omnes habitus dicantur dona Dei, non absurde dici possit; specialiter tamen et appropriate septem sunt septem sancta dona, quae enumerat et nominat Isaias loquens de flore, qui processit de radice Iesse, id est de Christo Domino, quod requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini. In hac autem enumeratione descendendo proceditur a summo, et combinando, ut simul ostendatur donorum distinctio, connexio, origo et ordo. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum principium reparativum pro summa liberalitate non tantum ut det gratiam ad rectificandum contra obliquitatem vitiorum per habitus virtutum, verum etiam ad expediendum contra impedimenta sensualitatis per habitus donorum, ideo purificandum dicitur per dona gratuita. Sed quoniam necesse est ad expeditionis sufficientiam — quoniam igitur anima indiget septiformi expeditione, hinc est, quod ex septiformi causa necesse est Spiritus sancti dona esse septiformia. Indiget namque expeditione contra vitiorum obliquitates, quoad vires naturales, et quoad superadditas virtutes, in patiendo, agendo et contemplando, et utroque modo. Primo igitur propter vitiorum obliquitates expeditissime rebellandas septem sunt Spiritus sancti dona: ut potentior timor contra superbiam, pietas contra invidiam, scientia contra iram, quae est quaedam insania, fortitudo contra acediam, quae mentem reddit ad bonum invalidam, consilium contra avaritiam, intellectus contra gulam, et sapientia contra luxuriam. Secundo propter expediendas vires naturales septem dona debent esse: nam irascibilis indiget expeditione ad bona tam in prosperis quam in adversis: in prosperis expeditur per timorem, in adversis per fortitudinem. Concupiscibilis indiget expeditione quantum ad affectionem proximi, et hoc fit per pietatem, et quantum ad affectum Dei, et hoc fit per gustum sapientiae. Rationalis vero indiget in virtute speculativa, electiva et executiva: per donum intellectus expeditur ad verum speculandum, per donum consilii ad verum eligendum, per donum scientiae ad electum exequendum; per donum autem scientiae intellectus consistit in medio naturalis puritatis et praesciae. Tertio propter expedienda septem virtutum officia septem debent esse Spiritus sancti dona. Nam timor expedit ad temperantiam, timor enim carnes configit; pietas ad iustitiam; scientia ad prudentiam; fortitudo ad fortitudinem seu patientiam; consilium ad spem; intellectus ad fidem; sapientia ad caritatem. Unde sicut caritas est radix et mater et consummatio omnium virtutum, sic sapientia donorum, id est ut vere dicatur sapiens: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quarto propter expeditionem in patiendo conformiter ad Christum septem sunt habitus donorum. Christum autem ad patiendum movit prima humana necessitas et virtutis strenuitas. Nam quaedam nos movent vel cogitata per intellectum, vel amata per sapientiam, vel reverenter habita per timorem; movet etiam necessitas, ad quod consequendum necessaria est scientia, ad quod impetrandum superaddita pietas; movet etiam virtutis strenuitas vel prudentia in eligendo per consilium, vel vigorosa in perficiendo per fortitudinem; et sic dona debent esse septem. Quinto propter expeditionem in agendo septem dantur dona a Spiritu sancto. Nam ad actionem expeditam necesse est hominem expediri ad declinandum a malo, quod fit per timorem. Necesse est etiam expediri ad perficiendum in bono vel necessitatis vel supererogationis. Circa primum expeditur per scientiam et pietatem, ita quod unum est dirigens, alterum exequens. Circa secundum per consilium dirigens, et per fortitudinem exequentem. Necesse est etiam hominem quiescere in optimo, et hoc quantum ad intellectum veri et quantum ad effectum boni: primum fit per donum intellectus, secundum per donum sapientiae, in quo est quies. Sexto ad expeditionem in contemplando dona Spiritus sancti sunt in septenario numero. Nam ad vitam hierarchicam contemplandam necesse est animam purgari, illuminari et perfici. Purgari autem oportet a concupiscentia, a malitia, ab ignorantia, ab infirmitate seu impotentia: primum facit timor, secundum pietas, tertium scientia, quartum fortitudo. Illuminari autem indiget in operibus reparationis et primariae conditionis: primum dat consilium, secundum intellectus. Perfici autem habet per accessum ad summum bonum, quod consistit in uno, et hoc per donum sapientiae, et secundum arcanum contemplationis consummatur, quod in excessu (?) ... Septimo ad expeditionem in actione et contemplatione septem debent esse dona. Nam contemplativa propter conversionem ad Trinitatem tria dicit haec dona expedientia: quantum ad reverentiam maiestatis timorem, quantum ad intelligentiam veritatis intellectum, quantum ad saporem suavitatis gustum boni sapientiae. Activa vero, quae versatur in agendis et sustinendis, dicit haec quatuor, scilicet pietatem ad agendum, et fortitudinem ad sustinendum, et directiva harum duarum. Unde quia ad expeditionem necessaria est directio, ideo fit donorum combinatio, et prima sunt dona ad intellectum spectantia, quia lux co-

gtois vehemt ccped · ad dirigedos peds nos i via recta ·
De ramificatoe gre i hit beatitudin · 7 p ons fctuu 7 sesuu

De ramificatoe a gre · i hit beatitudis h trda st · q · vij · s vi
btitudies qs saluator enuat · i smoe d monte · s · paupertas
sps · mititas luct · esuries iti · mia · mudicia cordis · 7 pax · adhac
btitu · ipsu pfcoe · et plen · xij · fruct sps · et · v · sesus spuales osequunt · q n dnt nouos hit · s; stat delectaton · et vsus spualiu
specla ton · qb replet et solat · sps itoz viroz · Tdo at ad itllia
pdcoz h e · Ca aut ph requat sit pfectissi · 7 pfectissie reparatu ·
et reformatu p don gratui; · io g don ab ipo manans libalit
7 habud ramificari d; · vs; ad hit pfcoe; · q aut fuiy approximet
fto vocablo nuncupat ex noie btitudin · Ad sufficitia · nus 7 or
do collig ex integtate pfcoms · ex mois pfcon · et ex dispoib ·
ad pfcoe · Cp · g ad itegtate pfcoms req ncio pfect recessus
amalo · pfcs · pcessus i bo · 7 pfcs stat · i optio · Qm at malum
aut pced ex timoe sibie · aut ex iracore malitie · aut ex lagore
ocup · io ad pfcoe elogadu · ab hoc tpa · gne mali · tres st nccie
btis · s · paupertas sps · elogans amalo tumois · mititas · elon
gans amalo iracois · et luct · elogans amalo libidis · et lagois
ocupiscetis · Ca uo pfect pcessus i bo atted · s; dua imitatoe ·
et vniuse vie d · mia et vitas · hic est q d · e btis · s; has duas
vias · s · esuries · siu gelus iustie · et affect mie · Qm at stat in
optio e · vl plumptoa cogtoe vl ptranqlla affectoe · hic est
q st due vltime beatitudies · s · mundicia cordis · ad dm vi
dedu · et pax mitis · ad pfce fruedu · Scdo q simoi pfconis at
tedat · delet ee · vij · hit beatitudin · Na e pfcio · religiois · pla
tois · et i tne scitatis · ad pfcoe at religiois · ncio reqr abdica
boi puati · acceptato boni fratry · et appetito boi ety · pus fuit ·
p paupertate sps · s'm priuitate affect · teruz · pamaritudine
luct · ad pfcoe vero platoms · duo requirit ncio · s · gelus iti ·
et affect mie · oia e · et vitas · custodiut rege · s; hec duo dis
poi d; regim · platoms i eccia militate · Ad pfcoe vero i tne sa
tatis · ncio reqr puritas ocie · et tranqllitas toci aie · p pace
di · oe huan sesu; exupate · Ccio · s; attedat · dispoes pabule
vij · delet ee btitu · Timo e fac recede amalo · et amali occoe
Et qr radix omnu maloz e cupiditas · io timor disponit
ad sps paupertate · i q simt mg · hulitas e paupertate · v sic
eloget · vir pfect · a fote ois clipe · s · a sirbia · et cupiditate · Et
hic e q paupertas sps · e fundamit · toci evag pfconis vn p d; h
fudamt · s'tne · q uult ad culm pfconis venire · s; · i · d · xix · Si
vis pfect ee · vade · 7 ve · 7c · Ecce pfca paupertas · q n sibi ,pas re
tinet · et seqre me · ecce hulitas · q fac · vt ho abnegando · se
ipm tollat cruce s · et seqt x · q est toci pfconis · pricipalissimu;
fundamt · Dispoit g tior · ad spe paupertate · Pietas at ad miti
tate · Na q pie aliq affic · nec illu irritat · nec ab illo irritat ·
Scia dispoit · ad luctu · q p scia cogscim nos astatu btitu · re
legatos · i hac valle mifie et lacrimaz · fortit · ad esuri iti · Qa e
fortis e ta audie se tet cu iusti · v malit aruta · q a iti sepau
Cosiliu dispoit ad mia · nich e tam mag osulit i sciptura · q face
mia · q sr o repitat holocausta · Itlls ad mudicia cord · Na spe
clato vitatis · mudat cor ntry · ab omib; fatasijs · Sap ad pa
ce · Na sap ing nos · sumo vo 7 bo · i q e finis · 7 tranqllitas
toci mi racil · appetit · De pace · adepta · ncio seq · st hndas · de
lectato spual · q i duodenaio fructuu otinet · ad insinuada;

st hndas delectatoni · Est enim duodenari nus hndis · in
quo isinuat spualiu carismatu; exuberatia · qb; fruit et
delectat aia sca · Et te est ho ad otemplatoe ydoe · et ad ample
et aplex sposi · et sponse · q fi · hnt · s; sesus spuales · qb; v · x
sponsi suma plentudo · sb roe splendoris · audit suma amonia
sb roe vbi · gustat sua dlecdo · sb roe sap · ophedetis vtriq;
vbu · s · 7 splendore · Odorat suma flagratia sb roe vbi i spiraty
i corde · astrig suma suauitas · sb roe vbi icarnati it nos ha
bitatis corpalit · et redletis se nb palpable · obsclable · et
amplexable · pardetissima cartite · q mte n · p extasi · 7 raptu tn
sive fac ex h modo ad pre · Ex dcis g manifeste collig · q hit
vtut · ad exercitiu pri disponut actiue · hit donoz · ad don
otemplate · btitudin at ad pfcoe vtriusq; · fruct vo q st caritas
gau · pax · patia · loganitas · bonitas · benignitas · fides · masuetudo · mo
destia · otinia · castitas · Gal · v · delectatoes dr osegtes opa pfca ·
Sesus vo spuales pceptoes mitales · circa vitate otepladam · Et qd
otepladu · i pphis fuit · p reuelatoes · q ad visioe tpa · corpales
ymaginaria · et itellectuale · Salus vero iustis reperit psupe
clce · q i sap asensu · et puet · ad ymaginatoe · et de ymaginatoe
ad roe · de roe ad itlln · de itellectu · ad itllia · de itllia vo
i sap · seu noticia excessiua · q h i via i sap · s; osumat in
glia sempitna · Et i hiis gdib; consistit scala iacob · c cu
cumn attig celuz · et tra saloms · i q residet rex · sapietissims ·
et ve pacific · et amoros · v spos · spetosissimi · et desiderabilis
tot · i q desiderant angli psp'ce · et ad q suspirat scaz deside
riu aiaz · sic ceruus desiderat · ad fontes aqz · Ro qre desi
derio feruetissio · ad mod ignis · ssr ni · n solu effic agilis
ad ascesum · Vez q qda ignatia docta · i sceipm capit i cali
gine · et excessum vt n solu; e sposa dicat · cre i cedore;
vg · et · v · q cu ppha psallat · Et nox illuiato mea · i d · vy · q
nocturna · et delitosa illuminatoe · neo nouit · n q pbat · neo
q pbat · n p gram diuit data · Nemmy dat · n ei q se exercet ·
ad illa · ideo deiceps osideranda st excercia mitoz · V exercito g · i · cedeo 7 · vii ·
Quarto g i restat osiderare gra · q ad exercitia mitoz · Et circa
h osideranda st iiij · s · de exercitatoe g i credendis · cui
mod st articuli fidei · Scdo i diligedis · c'mod st illa · q
spectant ad ordine; diligedi · Tcio i exeqndis · c'mod sut
pcepta legis diue · iiij · i postlandis · c'mod st petitoes orois
dnice · De articlis fidei · hec tenenda st · q · l; p fide astrigam
crede plra · q st i roe · et gnalit oia · q otinet · et asseriut · i sacre
sctture canone · spalit tam et ppe · artic fidi dnr illy · q · q
i ste sibolij ap · Qa uno mo · s · xij · s'i heat r · ad eos · q syb
ediderat · alio mo · xiiij · s'i osideretn · q radicalit credenda st
tanq · fudamta omnu credodoz · Tdo a · ad itllia pdcoz
h e · qr e p pry · i se ipo sit sume vez et bo · i ope vo suo ·
sit sume et iti · et misicors · et sume vero delcat · sua as
sectio · sume bo feruens dilectio · sume ito uniusal stito ·
sue misicordi · fiducial iucato · et g sit ordinatu mitis
nre · ad pmi pncipy clicuru debita · hic e q ipo dig · 7
regulat ad debita · et mitoria exercia · i credendis · amandis ·
et exeqdis · et postlandis · s; q reqrit sua vitas · bos iti · 7
mia · i tnt · bta · Qui igr vitati e credend · 7 maiori
vitati mag credend · et sume veritati · p oseqs sue credend ·
7 vitas primi pncipij i isinitu; maior est oi vitate ·

creata. et luminosior quam lumen intellectus nostri. Hinc est quod ad hoc quod intellectus
noster recte sit ordinatus in credendis. necesse est quod plus credat sue veritati
quam sibi. et quod se redigat in obsequium Christi. ac plus quam non solum credat quod
sit supra. verum etiam quod sit supra et contra suum experimentum. quod si recusat.
non exhibet summe veritati debitam reverentiam. dum iudicium intellectus proprie pre-
fert dictamini lucis eterne. quod esse non potest absque tumore superbie et
elationis in protervitate. Rursus quia veritas credendorum est veritas invisa nec
apparens. sed magis occulta et ad credendum difficilia. ideo ad hoc quod fir-
miter credatur. necessaria est illustratio veritatis animam elevans. et necessaria est te-
stificatio auctoritatis animam firmans. Primum fit per fidem infusam. secundum per
scripturam autenticam. quarum utraque est a veritate summa. per filium Christum
qui est splendor et verbum. et per spiritum sanctum qui veritatem docet. et non credere
facit. Hinc est quod auctoritates scripture fulciunt fidem. et fides assentit auctoritati.
Et quia auctoritas principaliter residet in sacra scriptura. quam spiritus sanctus edidit tota
ad dirigendam fidem catholicam. hinc est quod vera fides a scriptura non discordat
sed ei assentit assensione non ficta. Postremo quia veritas ad quam creden-
dam arctamur per fidem. et de qua sacra scriptura agit principaliter. non est veritas qualiscumque
sed veritas divina. vel ut est in natura propria. vel in natura assumpta. Nam in hu-
iusmodi veritatis cognitione consistit primum pabulum et initium vite. Hinc est
quod articuli fidei qui sunt fidei fundamenta aut spectant ad deitatem aut
ad humanitatem. Et quoniam deitas habet considerari in tribus personis. scilicet patre in-
genito. filio genito. et spiritu sancto procedente. et quod sortitur opere. scilicet creatore
in esse nature. recreatore in esse gratie. resuscitatore in reparatione vite. et
glorificatore in collatione glorie. hinc est quod articuli spectantes ad divinitatem
sunt vii. Similiter quia Christi humanitas habet considerari. vel concepta de spiritu sancto.
vel nata de virgine. vel patiens in cruce. vel descendens ad infernum.
vel resurgens a morte. vel ascendens in celum. vel veniens ad iudicium
finale. hinc est quod vii sunt articuli humanitatis. et sic in universo
sunt xiiii. ad modum vii stellarum. et vii candelabrorum in medio
quorum filius hominis ambulat. Quamvis autem unus est Christus in divina natura
et humana. et una tamen est veritas summa que est ad credendum. una
prima et summa. et sola. que non mutatur per tempus. hinc est quod de omnibus
predictis articulis. una est tamen fides. eadem non mutata. tamen in
presentibus quam preteritis quam futuris. licet magis declarata sit. et explicata
in eis qui sequuntur quam in eis qui precesserunt eius adventum. sicut novum
testamentum est clarius quam vetus. in quibus predicti articuli continentur. Et quia spiritus sanctus hos
articulos fidei in scripturarum profunditate contentos in unum compegit
per xii apostolos tamquam per testes firmissimos. hinc est quod predicti
articuli in unum symbolum apostolorum fuerunt collecti. Et ideo secundum
apostolos componentes xii articuli dici possunt. quia quilibet apostolorum in edificio
nostre fidei posuit articulum unum. quasi lapidem unum vivum. Unde
spiritus sanctus recte prefigurat in xii viris qui xii lapides de alveo ior-
danis extraxerunt ad altare domini construendum. Veritate gratie re-

De diligendis autem hec tenenda sunt. spectu diligendorum. VIII.
Quod licet omne creatum sit bona valde. quatuor tamen precipue sunt ex caritate
diligenda. scilicet deus eternus. quod nos sumus. proximus noster. et corpus proprium. In quorum
dilectione servandus est ordo. et modus. ut deus diligatur super omnia. et propter se.
et propter se. Secundo quod nos sumus sub deo. et propter deum. Tertio proximus noster sicut
et nos. Quarto corpus nostrum infra nos. et infra proximum. tamquam bonum mi-
nus. Ad hoc autem exequendum datur unus caritatis habitus. et duplex
mandatum. in quo pendet universitas legis et prophetarum. non solum
quantum ad vetus testamentum verum etiam quantum ad novum. Ratio autem ad intelligentiam
predictorum hec est. quia primum principium hoc ipso quod primum est summum. et hoc ipso quod summum
est summe bonum. et hoc ipso quod summe est bonum est summe beatum. sive beatificativum.

Et ipso quod summe beatum sive beatificativum. ipso est summe fruendum. et hoc
ipso quod eo est summe fruendum. summum est ei inherendum per amorem. et
quiescendum tamquam in fine. Quoniam autem amor rectus et ordinatus qui caritas ap-
pellatur principaliter fertur in id bonum quo fruitur. et in quo quiescat. et ipsum est ideo dili-
gendum. hinc est quod in primo precipue diligendum tamquam beatificativum. et quod per consequens quod positum
ydonea sunt beatificari. Quia autem nobis habitudine nature est proximus proximum.
Natura est et proxime corpus nostrum. tamquam beatificabile est spiritui. hinc est quod quattuor sunt
ex caritate diligenda. scilicet deus. et proximus. spiritus noster. et corpus nostrum. Rursus quia
deus est supra nos tamquam bonum supremum. spiritus noster in se nos tamquam bonum intimum. pro-
ximus iuxta nos tamquam bonum cognitum. corpus nostrum infra nos tamquam bonum subiectum. hinc est quod
licet deus servandus ordo in diligendo. ut primo deus diligatur. et super omnia. et propter seipsum. secundo spiritus
noster sub deo. et super omne bonum caducum. tertio proximus noster iuxta nos. ad consimile bonum. quarto
corpus nostrum infra nos. sicut bonum infimum. et in quolibet gradu omnium debitum corpus proximi
quia utrumque tenet rationem inferioris boni respectu nostri. Postremo quia amor est
pondus mentis et origo omnis affectionis mentalis que de facili reflectitur
in se. et difficulter tenditur in proximum. et difficilius elevatur in deum. hinc est
quod licet unus sit dilectionis habitus tamen datur mandatum. unum quod dirigit in deum. aliud
quod dirigit in proximum. Et quia omnia precepta vel ad deum referuntur vel ad proximum
tamquam in finem. et in id quod est ad finem. hinc est quod in his duobus mandatis
clauditur collatio mandatorum et comprehensio scripturarum. et caritas ipsa est radix.
forma. et finis virtutum. iungens omnia cum ultimo fine. et ligans omnia con-
iuncti simul. et ordinate. ideo ipsa est pondus ordinate inclinationis. et
vinculum colligationis perfecte. ordinis quidem secundum rationem diligendorum quantum
ad affectum partem et effectum. unitatis vero in habitu. quod ad unum
finem et unum principium dilectum quod est ideo diligendum. Inter omnia alia quod
per amoris vinculum nata sunt colligari in unum corpus. quod ad caput. et corpus.
tempore vi pro dolorosa penitentia conceptam in corde, pro perpetratione expressa
in ore per confessionem consummatam in opere per satisfactionem. ¶ Et quia omnia peccata morta
lia a summo deo avertunt et unum gratie opponunt et unam pulchritudinem hominis
integritudine privant, hinc est quod ad hoc quod penitentie sacramentum sit sufficiens ex suis
partibus integrum, necesse est quod penitentia habeat de omnibus peccatis et quoad partes
per displicentiam de perpetratis, et quoad presentis percessationem de perpetrandis,
et quoad futurum per propositum nequaquam recidivandi vel in idem vel in aliquod peccatum,
ut sic totaliter recedendo a culpa per penitentiam divinam gratiam suscipiat, per quam
optineat veniam omnium peccatorum. ¶ Postremo quia in curatione nostra manifestari
debet ipsius iudicis Christi recta iustitia, et ipsius in presenti tempore non est iudicare ante
finale iudicium, ideo ad particularia iudicia ante finem iudices debuit
constituere. Et iudices isti inter deum offensum et hominem offendentem sunt qui
medii vicarii Christi et propositi pro domino, quia illi sunt primi patres et familiares
eius officium quod sunt ei in ministerio connexi scilicet sacerdotes, ideo omnibus in sacerdotali
ordine constitutis et solis datur potestas duplex clavis, scilicet clavis scientie ad di
scernendum et clavis que est ligandi et solvendi potestatis ad iudicandum et
absolutionis beneficium impendendum. ¶ Clavium propter confusionem vitandam non glo
et eius est plane in ecclesia militante cum ipsa hierarchia ecclesiastica debeat esse, sed potestate
iudiciaria ordinata, ideo hec potestas ligandi et solvendi concessa est
primo et summo sacerdoti cui collata est tamquam summo capiti potestas uni
versalis et deinde secundum particulares ecclesias dividitur in partes ita quod potestas in episcopos

Deinde in presbyteros descendit a capite uno, id est, ut quisque sacerdos habeat ordinem
et claves; ad eos tamen usus clavium non se extendit, quod sibi ordinare se liberius, nisi
sibi ab eo qui habet iurisdictionem ordinariam committatur. Non vero illa iurisdictio plenius sit
in capite summo et deinde in episcopo et postremo in sacerdote curato, propter quod aliquibus horum
committitur alterius. Sufficientius quod ab infimo, magis a medio, et maxime a supremo.
Et quia in pontifice summo et in episcopis est iurisdictio non tantum ad iudicandum in foro conscientiae
in occulto, verum etiam in aperto, tamquam in illis quibus commissum est ecclesiae regimen et custodia sicut
sponso committit sponsa, hinc est quod gladium habent praelati, et quasi plenariam potestatem ad universalis
defensionem ecclesiae, et potestatem largiendi de thesauris meritorum ecclesiae, quos habent repositos
et commendatos tam a capite quam a membris, et hoc in relaxatione; ut sic tamquam veri Dei
iudices ligandi et solvendi integram possideant potestatem, per quam impoenitentes feriant
et compescant rebelles, et modo absolvant et reconcilient Deo et sanctae matri ecclesiae vere
existentes poenitentes. De integritate unctionis extremae. XI.

De sacramento unctionis extremae hoc in summa tenendum est, quod ipsum est sacramentum exeuntium ex
hac vita, praeparans et disponens ad sanitatem perfectam, valens etiam ad delendum venialia
et ad recuperandam sanitatem corporalem, si infirmo expediat. Ad huius sacramenti integritatem requiritur
oleum simplex sed consecratum, vocalis expressio orationis, inunctio infirmi in septem locis determinatis,
scilicet in oculis, auribus, naribus, labiis, manibus, pedibus et lumbis; et esse debet istud
sacramentum dari nisi adultis et postulantibus in imminente periculo mortis, et hoc per manum ministerium
sacerdotis. Ex quo colligitur quod inter haec sacramenta et conferentiae est diversa septiformis, scilicet
in efficacia, in forma, susceptione, dante, loco et tempore. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est:
Quia cum principium reparativum verbum scilicet incarnatum nos repararet, in quantum mediator Dei et hominum
homo Christus Iesus, et quia Iesus habet salvare, in quantum autem Christus unctus habet unctionis gratiam in alios
derivare, hinc est quod ipse est in omnibus suis sacramentis virtutem tribuens salutarem. Cum quia alia
ad hoc quod perfecte sanet indiget tempore gratiae sanitatis, scilicet ad sanctitatem actionis, ad sanctitatem
contemplationis, et ad felicitatem comprehensionis, et propter hoc est intrantium in ecclesiam, sicut pro
dictum in eadem, quorum est alios erudire, et tertia est exeuntium de eadem per mortem, hinc
est quod non solum unctionem sacramentalem instituit Deus in confirmatione, verum etiam mediam in ordine pon-
tificali, et extremam in imminente periculo mortis. Quoniam igitur finis imponit necessitatem his
quae sunt ad finem, hinc est quod secundum exigentiam huius finis debet hoc sacramentum operari, debet et integrari,
suscipi et dispensari. Quia igitur quod huius sacramenti operatio debet regulari a fine, et finis
est quod introductum est ad salutem felicitatis perpetuae facilius et expeditius consequendum, et
hoc fit per devotionem spiritum levantem, per exonerationem a culpis venialibus et aliis se-
quelis, quae devotum deprimunt, hinc est quod sacramentum istud efficaciam habet et ad devotionem exci-
tandam et ad venialia dimittenda et a poenarum sequelarum facilius abolendas; et quia pro talibus
infirmis expeditur ad salutem vivere ad suorum cumulum meritorum, hinc est quod sacramentum istud quandoque
etiam vigorando animo et exhortando a malo, fugat et allevat a morbo. Et
hoc est quod dicit beatus Iacobus: Oratio fidei salvabit infirmum et si in peccatis fuerit, dimittentur ei.
Rursus quia huius sacramenti institutio debet esse secundum exigentiam finis, et haec est acquisitio spiritualis sa-
lutis per remissionem culparum, et haec salus respicit sanitatem et munditiam conscien-
tiae interioris, secundum quod indicat ille unguentum caelestis, hinc est quod in hoc sacramento debet esse oleum
simplex et consecratum, quod sanitatem et nitorem designat in interiori conscientia. Quia vero supra
illam salutem mortalis homo non habet potestatem, hinc est quod ordo et forma vocalis expressio per
verbum deprecativum ad impetrandum gratiae donum. Et quia anima infirmitates spirituales contrahit
in corpore secundum quattuor virtutes ipsius corporis regitivas, scilicet sensitivam, interpretativam, generativam
et progressivam, hinc est quod in omnibus his virtutibus desuetis sunt unguenda. Cum igitur virtus
sit in membris defunctis, virtus sensibus, scilicet oculis visus, aures auditus, nares olfactus,
manus tactus, et os gustus, et in aliis virtutis scilicet interpretativae, et pedes deserviunt
progressivae, et lumbi generativae, hinc est quod inunctio debet fieri in septem locis praedictis, ut sic
disponatur homo per hoc sacramentum ad plenitudinem sanitatis per deletionem omnis venialis peccati. Postre-
mo quia istius sacramenti susceptio a fine dependet, et finis est velocior transitus ad
caelum per depositionem omnis venialis et conversionis mentis ad Deum, ideo non debet dari nisi
adultis, qui venialiter peccant, nec aliquibus nisi petentibus, quia devotionem suscipientis exigit,
nec nisi in periculo mortis constitutis, et quasi in transitu ad alium statum. Et quia hoc

est sacramentum periclitantium, et tamen habet materiam sacramentalem oleum consecratum,
hinc est quod propter periculum eundo committitur sacerdotibus, et propter con-
secrationem olei non est nisi consecratis manibus conferendum. Ex variatione
igitur finis in confirmatione et unctione extrema oritur diversitas in efficacia,
in materia et in forma, in loco et in tempore, in susceptione et in dispensatione. In
efficacia, quia in sacramento disponit ad virilem agoniam, hoc ad celerem
advolationem. In materia, quia in illo permixto balsamo, hoc vero in oleo
puro. In forma, quia illud in indicativo, hoc vero in deprecativo. In loco,
quia in fronte, hoc vero in multiplici parte. In tempore, quia in sanitate, hoc
in aegritudine. In susceptione, quia in non solum adultis, verum in parvulis,
hoc vero tamen adultis. In dante, quia illud ab episcopis, hoc autem a sacerdoti-
bus quibuscumque. Et haec omnis diversitas a fine procedit, quia sicut clauditur
diversitas in finibus, propter quod diversitatem inducunt in hiis quae ad fines
illos habent finaliter ordinari. De integritate ordinis. XII.

De sacramento ordinis haec in summa tenenda sunt, quod ordo est signaculum
quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Licet autem ordo sit unum
de septem sacramentis, septiformis tamen est ordinis gradus: primus est in ostia-
riis, secundus est in lectoribus, tertius in exorcistis, quartus in acolythis, quintus in
subdiaconis, sextus in diaconibus, septimus in presbyteris. Hiis autem quasi praemodo
cuiusdam praeparatorii supponitur clericalis tonsura, et super psalmistatum
praemodo autem complementi superponitur episcopatus, patriarchatus et in papatu,
a quibus manant ordines, et dispensari debent sub debitis signis
tamen extra tempus vel modum qui in auditu sollemniter debita modo observata,
quae ad tempus, locum, officium et personam. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est:
Quia principium reparativum verbum scilicet incarnatum, quia ut Deus et homo sacramenta mediatoria
ad salutem hominum instituit, ordinate, discrete et potenter, secundum exigentiam
suae bonitatis, sapientiae et virtutis, hinc est quod ipsa medicamenta sacramentorum commisit
hominibus dispensanda, non quibuscumque, sed eo modo quo exigebat ordo, discretio
et potestas. Oportuit igitur aliquos fieri ad hoc officium, excellenter distinguendos et
segregatos, quibus ordinatio iure potestatis huius committeretur. Et quia huius di-
scretio non debuit fieri nisi per signum sacramentale, cum omnia sint sacramentalia, hinc est quod debu-
it esse aliquod sacramentum, quod esset sacrum signum ordinativum, distinctivum
et potentiale ad sacramenta cetera dispensanda, ipsi distinctio, potestatio et
ordinatio; et ideo ordo diffinitur signaculum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur
ordinato, in quo similiter in eius notificatione clauditur tria praedicta, ex
quibus colligi potest in summa quae ad integritatem ordinis exiguntur. Quia igitur
quod ordo est signaculum distinctivum et sequestrativum ab omni populo, ut quasi divino
cultui sit totaliter mancipatus, ideo ordines praecedit distinctio
quaedam in tonsura et corona, per quam intellectus resecato temporalium appeti-
tuum et mentis elevatio ad aeterna, ut totus ostendatur clericus deputatus
esse ad divinum cultum, et ideo dicitur in susceptione coronae: Dominus pars
hereditatis meae. Et quia talis debet esse instructus in divinis laudibus,
quae maxime consistunt in psalmis, ideo psalmistatus tamquam pabulum
ceteros ordines antecedit, quod tamen largo modo vel stricto inter or-
dines numeratur. Secundo vero, quia ordo est signaculum ordinativum et
in se ipso est ordinatum, et ordo consistit in gradium dispositate et
distinctione completa, secundum quod exigit septiformis gratia, ad cuius dispen-
sationem sacramentorum ordines specialiter ordinantur, et propter hoc hinc est quod septem
sunt ordines graduati ordinati, videlicet ad sacerdotium, in quo status
est ordinum, quia ipsi est conficere sacramentum corporis Christi, in quo est plenitudo
omnium gratiarum. Alii vero sex sunt qui subministrant, et quia gradatim quasi
per quos ad gradus ascenditur salutis, qui etiam sex sunt propter numeri perfectionem.
Cum senarius est primus numerus perfectus et propter hoc sic exigitur perfectio et
sufficientia officii ministrandi. Ista vero aliqui ministrare qui aut

motiorum aliqs appropinquo et aliqs de primo ut dicit in ministerio ordinatio. Et quia quolibet horum ministeriorum generatur secundum actum purgandi et illuminandi hinc est quod vij sunt ordines ministrales et vij omnium perfectissimus in quo altaris conficitur sacramentum quod consumatur in ordine uno tamquam in fine ultimo et completo. ¶ Postremo quia ordo est singulum potestatis non tamen respectu aliorum sacramentorum dispensandorum verum etiam respectu sui et potestatis sic potestate est potestas excellentior ideo non tamen sibi competit potestas simplex cuiusmodi est in ordine simplici verum etiam eminentia potestatis cuiusmodi est in his qui sunt ordines ordinarie dispensare. Et quia excellentia quantomagis descendit tantomagis dilatatur et quantomagis ascendit tantomagis unitur hinc est quod plures sunt episcopi pauciores archiepiscopi paucissimi patriarche et unus pater patrum qui papa merito appellatur tamquam unus primus et summus pater spiritualis omnium patrum immo omnium fidelium et ierarcha precipuus sponsus unicus caput indivisum pontifex summus christi vicarius fons origo et regula cunctorum principatuum ecclesiasticorum a quo tamquam a summo derivatur ordinata potestas usque ad infima ecclesie membra secundum quod exigit precellens dignitas in ecclesia ierarchia. Et quia hec dignitas potentie manet in ordine ideo hoc sacramentum non debet dispensari nisi cum magna discretione et sollempnitate ac per hoc nec aquolibet nec a quolibet nec in quolibet loco nec quolibet tempore sed personis litteratis honestis et actis in regularitatibus alienis ieiuno stomacho loco sacro tempore misse et temporibus ab ecclesia iure statutis debet hic ordines dispensari et hoc ab episcopis quibus propter sui eminentiam reservatur dispensatio ordinum confirmatio per impositionem manuum consecratio monialium et abbatum et dedicatio ecclesiarum que propter sui celebritatem non debet dispensari nisi ab his qui habent preeminentiam potestatis. De integritate matrimonii xiii.

De sacramento matrimonii hoc in summa tenendum est quod matrimonium est legitima coniunctio maris et femine individuam vite consuetudinem retinens. hec autem coniunctio non solum fuit post peccatum verum etiam ante sed ante fuit institutum sacramentum coniugii in officium. Nunc autem non solum in officium verum etiam in remedium contra libidinis morbum prius significabat coniunctionem dei et anime et nunc preter hoc significat coniunctionem christi et ecclesie et duarum naturarum in unitate persone. Introducitur autem hec coniunctio in esse per liberum consensum animorum expressum utriusque persone exterius expressum in aliquo signo sensibili. consumatur autem habet in copula carnali. Ita quod per verba de futuro dicitur matrimonium initiatum per verba de presenti ratificatum sed per carnalem copulam consumatum. hic autem sacramentum tria sunt bona scilicet fides proles et sacramentum et xij impedimenta que impediunt contrahendum et dirimunt iam contractum que in his versibus continentur. Error conditio votum cognatio crimen. Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas. Si sis affinis si forte coire nequibis. Hec socianda vetant conubia iuncta retractant. ¶ Ratio autem intelligentiam predictorum hec est quia principium reparans verbum scilicet incarnatum eo ipso quod verbum dei fons est sapientie in excelsis eo ipso quod incarnatum est clementie fons in terris. et ideo eo ipso quod verbum est humani generis formativum per suam sapientiam eo ipso quod incarnatum est ipsius reformativum per suam clementiam. Et quia humanum genus reparat per clementiam quia prius reparabile fecit per sapientiam quod per summo ordine exigebat quod genus humanum faceret potens stare et potens labi potens etiam reparari sic in precedentibus ostensum fuit. Cum igitur verbum dei hominem fecit in sua sapientia sic et ergo fuit potens stare cadere et resurgere. hinc est quod genus humanum eo ipso propagandum ordinatum quod exipso modo propagandi habet quod manifestum tenet ipsum ad standum habet etiam quod manducet ad remedium sic etiam in propagatione illa est adeo post peccatum scilicet libido que traducit morbum. Et quia status hominis erat ex coniunctione ipsius anime ad deum per amorem in castissimo singulari et individuo verum veniebat ex coniunctione divine nature et humane in unitate ypostasis et per unitatem igitur gratia divina est introducta vel singularis et individua. hinc est quod deus instituit ab initio ut propagatio fieret per coniunctionem maris et femine individuam et singularem que significaret ante peccatum coniunctionem dei et anime seu dei et ierarchie celestis. ¶ Post peccatum vero coniunctionem christi et humane nature seu christi et ecclesie. et ideo utrobique est sacramentum scilicet ante et post sed alio et alio modo quantum ad significationem et usum. Cum igitur esset sacramentum ante quam serviret morbo libido que servit propter peccatum post habet per ipsum excusari quod ipsum valeat viciare quia non morbus medicamentum corrumpit sed medicamentum habet curare morbum. Ex quo manifeste apparet quod sit matrimonium et qualiter sit divinitus introductum in esse. ¶ Rursus quia quelibet predictarum spiritualium unionum in sacramento matrimonii significatarum est unio unius sicut agentis et influentis et alterius sicut patientis et suscipientis et hec faciente amoris vinculo quod ex mera voluntate procedit. hinc est quod matrimonium debet esse coniunctio duarum personarum differentium secundum rationem agentis et patientis scilicet virilis sexus et muliebris et hoc ex mero consensu voluntatis. Et quia voluntas exterius non apparet nisi per signa ipsa exprimantur. hinc est quod necesse est quod consensus mutuus exterius exprimatur. Quia vero consensus per verba de futuro non est verus consensus et presens sed ipsius promissio consensus vero animorum commixtione non facit plenam unionem quia non dum sunt una caro. hinc est quod per verba de futuro dicitur esse initiatum matrimonium de presenti consumatur sed in carnali copula consumatum quia tunc sunt una caro et unum corpus fuerunt ac perhoc plene significat unionem que est inter nos et christum. Tunc enim plene traducitur corpus unius in corpus alterius scilicet sui corporis potestatem ad reddendam plenam et ideo ipsius matrimonii sunt tria bona scilicet sacramentum propter vinculum insolubile. fides propter debiti solutionem proles non sic effectus consequens ad utrumque. ¶ Postremo vero quia debet coniunctio matrimonialis debet esse ex libero consensu procedens ad copulationem propter distantiam in unam matrimonii legem hinc est quod xij moris impedimentum. hinc est quod xij sunt impedimenta matrimonii. Quod patet sic coniugiale namque consensus requirit libertatem in consentiendo ydoneitatem ad coniunctionem. Sed libertatem in consensu tollitur per duo scilicet istas primas involuntarii scilicet per errorem et violentiam et sic sunt duo impedimenta scilicet error et violentia. libertas autem in consentiente tollitur per hoc quod quis est alligatus alteri et hoc vel deo vel homini. Si deo hoc est per votum expressum vel per id quod habet votum annexum primum est in voto sed in ordine. Si autem homini hoc duplex aut per ligamen existens aut per precedens per religionem quod quis ligatus est uxori sed est in crimine quando mechus vel mecha machinatur est in mortem coniugis vel ipso vivente fidem de contrahendo dedit. Et sic sunt quatuor impedimenta scilicet votum ordo ligamen et crimen. ydoneitas autem ad unionem est distantia propter quatuor que tollitur per nimiam propinquitatem vel per nimiam elongationem. Nimia autem propinquitas aut est per generationem sive per adsimilem generationem vel est cognatio legalis et spiritualis aut venit per commixtionem seminum aut per contractum sponsalium et sic sunt tria impedimenta scilicet cognatio affinitas et publice iustitie honestas. Nimia autem distantia aut attenditur ad ea que sunt nature ut cum non possit commisceri carnaliter aut quantum ad ea que sunt fortune quod non sunt in una potestate ut patet cum unus servus est et alter liber aut quantum ad ea que sunt religionis christiane ut cum quis est baptizatus alter vero minime. Et sic tria impedimenta scilicet impotentia coeundi error conditionis et disparitas religionis ac per hoc sunt in universo xij impedimenta que spiritu sancto dictante introducta sunt in ecclesiam christi cuius et si ordinatio sacramentorum sit commissa potissime coniugii sacramentum commissum est maxime propter varietates que circa hoc sacramentum accidere possunt. et propter vicium annexum quod est materie inferioris communiter huiusmodi et ideo ipsius ecclesie est gradus cognationum limitare sicut pro tempore expedire videtur et personas legitimas vel illegitimas iudicare et divortia facere. sed numquam dicitur nec per matrimonium quod legitime intro

ducere et annullare. quia quod deus coniunxit. homo non potest. quantumcumque sit magnae potestatis separare. cum ipsi dei iudicio iudicandi remaneant universi.

Explicit liber vi. Incipit liber vii. de statu finalis iudicii.

De iuditio .I.

Postquam aliqua dicta sunt breviter

De trinitate dei. de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatione verbi. de gratia spiritus sancti. de medicina sacramentali. Restat nunc septimo et ultimo aliqua breviter tangere de statu finalis iudicii. de quo in summa tenendum est. quod sine dubio iudicium universorum futurum est. in quo deus pater per dominum iesum christum iudicabit vivos et mortuos. beatos et malos. reddendo unicuique secundum exigentiam meritorum. In hoc etiam iudicio fiet librorum apertio. scilicet conscientiarum. quibus merita et demerita universorum sibi ipsis et ceteris innotescant. facientes hoc virtute illius libri vitae. ubi secundum incarnatum. quia in forma deitatis non videbitur nisi a bonis. in forma vero humanitatis. in qua sententiam promulgabit. videbitur tam a bonis quam a malis. et blandus iustis. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est. Quia cum primum principium hoc ipso quod primum sit a seipso. secundum seipsum. et propter seipsum; hoc ipso ipsum est formaliter efficiens. et finis universa producens. regens. et perficiens. id est. unde sicut producit secundum altitudinem suae virtutis. sic etiam regit secundum rectitudinem veritatis. et consummat secundum plenitudinem bonitatis. Quoniam igitur altitudo suae virtutis requirebat ut non tantum esset producens creaturam ad vestigium. verum etiam ad imaginem. non solum creaturam irrationalem. verum etiam rationalem. non solum creaturam quae movetur secundum impetum naturae. verum etiam secundum libertatem voluntatis. et creatura quae est ad ymaginem. quia dei capax est. est beatificabilis. creatura rationalis est disciplinalis. creatura habens libertatem voluntatis secundum legem iustitiae est ordinabilis et dotabilis. hinc est quod rectitudo veritatis legem homini imponere debuit. in qua et ad obtinendum iuvaretur; et ad legem erudiretur et ad iustitiam obligaretur. sic tamen quod libertatem voluntatis non cogeret. quin pro suo libitu voluntas iustitiam relinquere possit. et sequi. cum sic res quas condidit amministret. ut eas agere proprios motus sinat. Et quia plenitudo bonitatis in consummando operatur secundum quod exigit altitudo virtutis. et rectitudo veritatis. hinc est quod consummationem beatitudinis non dat a beatitudine summa. nisi his qui fuerint iustitiae et rectitudine veritatis imposita. quam susceperint disciplinam. et amaverint illam summam felicitatem. et appetierint plus quam bona transitoria. Et quoniam quod bonum hic agitur quod autem oppositum pro suarum varietate voluntatum. quae interim occultantur et in statu viae secundum suum arbitrium currunt. hinc est quod ad manifestationem altitudinis virtutis. rectitudinis veritatis. et plenitudinis bonitatis. necesse est universale iudicium sequi. in quo fiant integre retributiones praemiorum. aperte declarationes meritorum. et irrevocabiles lationes sententiarum. ut in integris retributionibus supereffluentia summae bonitatis. appareat plenitudo. in apertis declarationibus meritorum veritatis. appareat rectitudo. et irrevocabilibus lationibus sententiarum. suae virtutis. et potestatis appareat altitudo. Primo igitur quia ista retributio respicit culpam. cui debetur pena. vel iustitiam. cui debetur gloria. et universi filii ade habent hanc vel illam. hinc est quod necesse est iudicio retributionis omnes iudicari. ut iusti glorificentur. et impii condempnentur. Rursus quia aperta declaratio meritorum requirit quod similiter appareat quod est agendum. et quod actum. vel omissum est a libertate voluntatis humanae. secundum convenientiam conscientiae. hinc est quod et libri conscientiarum aperientur. ut appareant merita. et liber vitae. ut appareat ipsa iustitia. secundum quam approbanda vel reprobanda sunt merita illa. Et quoniam ille liber vitae est liber in quo scripta sunt omnia similiter. convenientissime et in conscientiis scribuntur veraciter. ideo et concursu apertionis horum librorum fiet aperta declaratio omnium meritorum. id est quod occulta cordis eorum. et sibi et ceteris innotescant. Unde ut vult augustinus liber ille est vis quaedam fiet. ut ad memoriam eorum cuncta mirabiliter revocentur. ut lucide appareat equitas divinorum iudiciorum in aptissimo lumine veritatis. Postremo quia irrevocabilis latio sententiarum debet fieri ab eo qui possit audiri et videri. et a quo non possit appellari. et videri ab universis. non potest summa lux quam tenebrosi oculi videre non possunt per eo quod facie ad faciem videri non potest secundum divinitatem [illegible] et iocunditate cordis necesse est quod iudex appareat in effigie creata. Creatura vero pura creata autem non habet summam a qua appellari non possit. hinc est quod necesse est quod iudex noster. et deus sit. ut iudicet pauc. summa. et homo sit ut videatur. et disceptet cum peccatoribus in effigie humana. Et quia una vox disceptationis fiet eis probabiles. et assecuntur innocentes. hinc est quod una eius effigies. sanctos iustificabit et econtrario impios detrudet.

De antecedentibus ad iudicium. et maxime de pena purgatoria. .II.

Deinde in speciali circa statum finalis iudicii consideranda sunt quaedam sunt praeambula. quaedam sunt concomitantia. quaedam sunt consequentia. Praeambula autem sunt duo. scilicet pena purgatoria. et suffragia ecclesiastica. De primo igitur de penis purgatorii hoc tenendum est. quod ignis purgatorius est ignis corporalis. quo tamen spiritus iustorum. qui in hac vita non impleverunt penitentiam et satisfactionem condignam affliguntur. secundum plus et minus. secundum quod plus de cremabili secum ex hac vita deferunt. affliguntur autem minus graviter. quam in inferno. et gravius. quam in hoc mundo. non tamen ita graviter. quin sperent et sciant se in inferno non esse. sed forte penarum magnitudine hoc aliquotiens non advertunt. Haec autem purgatoria ab igne materiali inflicta purgat spiritus a reatibus et scoriis. et a reliquiis peccatorum quibus sufficienter expurgatis. immediate evolant. et introducuntur in gloriam paradisi. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est. Quia autem primum principium hoc ipso quod primum sit optimum et perfectissimum. et hoc ipso quod optimum sit sic amativum boni et summe detestativum mali. sic sua bonitas non patitur quod bonum remaneat irremuneratum. sic et pati non debet quod malum remaneat impunitum. Quoniam igitur multi decedunt qui in hac vita penitentiam non totaliter impleverunt. et meritum vitae eternae in eis non potest remanere irremuneratum. et vitium culpae non potest remanere impunitum. nec patitur ordinis universi plenitudo. Necesse est quod finaliter praemientur. Necesse etiam quod hinc deinde prius puniantur secundum suarum culparum exigentiam. et reatum. et quia culpa commissa fuit offensiva maiestatis divinae. et deturpativa creaturae. et deformativa ymaginis divinae menti nostrae impressae. maxime si fuit culpa mortalis. et venialis quae disponit ad hanc. et de offensa requiritur punitio. de deturpatione vero requirenda est satisfactio. et de deformatione requirenda est expurgatio. hinc est quod pena illa est interim punitiva. digne satisfactoria. et sufficienter expurgativa. Primo igitur quoniam pena illa debet esse iuste punitiva. et sic quod contempto bono eterno et summo. se subiecit infimo. iterum deinde inferioribus subiciatur. ut ab eis suscipiat penam. et quia eorum ordinem pervertit culpa. et rationem quae [illegible] et deum contempsit. et seipsum vilem fecit. hinc est quod ordo divinae iustitiae exigit. ut spiritus ab igne materiali habeat puniri. ut sicut origine naturae anima unitur corpori. ut influat vitam. sic uniatur igni materiali secundum ordinem iustitiae. ut punibile puniendi a quo suscipiat penam. Et quia veritas quod sunt in gratia non sunt digni pena transitoria. et tanto maiori digni sunt pena. quanto maiora commiserunt. et minorem egerunt penitentiam. hinc est quod ab igne materiali puniuntur temporaliter. quidam vero diutius. quidam vero brevius. secundum quod reatus exigit offensarum. Necesse est etiam [illegible] quod tum vivat dolor quod habeat amor. Tanto est difficilius quod purgatur quanto medullis cordis eius intimius amor inhaesit mundanorum. Amplius quoniam pena illa debet esse satisfactoria. et satisfactio respicit libertatem voluntatis. et statum viae perfectae est. in non sit status merendi. et pene ille minime tenebit ratione voluntatis. Necesse est quod illud quod deficit ex parte libertatis in voluntate. subsistente suppleatur in acerbitate ex parte penae. Quia vero ignis habet quod purgat quod quae vult perdere non potest. hinc est quod nec aliquid penitus absorbet. et nunc in desperatione tendere. nec ex inferni ire potest. nec voluit aliquatenus prosilire.

ac per hoc licet gravius puniatur, longe tamen minus quam in inferno. ac statum
illum indubitanter sciunt animae quae sunt eorum qui in inferno irremissibiliter crucian-
tur. Postremo quia poena illa debet esse expurgatoria, et purgatio illa
est spiritus, necesse est quod ignis ille spiritualem habeat virtutem, dum corporalis sit natura, vel ut
magis credo ipsa virtute quae est instrumentum divinitatis. Adiuncta cum poena extrinseca ipsius
animae iam possessis punita et reatum omnem alleviatam perfecte purga-
tione sufficienti, ut iam nulla remaneat dissimilitudo ad Deum. Et quia tales sunt
dispositi in summo ad deiformitatem gloriae suscipiendae in se, cum ianua sit
aperta et purgatio consummata, necesse est illos statim evolare in quibus est caritas igitur
sursum levans et nihil retardans ex parte impuritatis animae vel reatus. Hec
est decor divinae misericordiae seu iustitiae, ut apostolus differant gloriam cum inveniant recepta-
culum idoneum, et magis sit poena in dilatione primorum, nec amplius puniri
debeant sive iam purgati. De antecedentibus ad iudicium, et primo de suffragiis ecclesiae.

De suffragiis ecclesiae hoc tenendum est quod suffragia ecclesiae prosunt mortuis iij
suffragia dico quae ecclesia pro mortuis facit, sicut sacrificium, ieiunium, elemosyna et aliae
orationes, et poenae voluntarie assumptae pro eorum culpis, celi expiandis. Prosunt autem
mortuis, non quibuscumque, sed mediocriter bonis, ut potest illis qui sunt in purgatorio, non
valde malis sicut illis qui sunt in inferno, nec valde bonis huius, scilicet qui sunt in caelo,
quia possunt eos eorum merita et orationes suffragantur ecclesiae militanti, cum nobis
nulla beneficia impertiunt beati. Prosunt autem secundum maiorem et minorem, vel pro diversitate
meritorum in mortuis, vel pro caritate vivorum, quae magis sollicitat pro aliquibus quam
pro aliis; et hoc vel ad poenarum mitigationem vel celeriorem liberationem, secundum quod
summae providentiae dispensatio eis melius videt expedire. Ratio autem ad intelligentiam
praedictorum haec est: quia primum principium cum sit optimum ac per hoc summae severitatis contra ma-
lum, denique pietatis summae suavitatis erga bonum, et ideo cum rigore severitatis
iustitiae, ita in quibus est reatus culpae debeat post hanc vitam in purgatorio tormentari,
debet cum rigore suavitatis misericordiae relaxari et hic augeri et minui; maxime
quia in misericordia fuit constitutum et sic operibus et meritis non prosunt amplius se iuvari,
disponere quod debuit regimen divinae providentiae suffragia eis offerre absque his
quae prosunt, salva tamen rectitudine iustitiae, a qua nunquam recedit, nec per dulcedinem misericordiae dis-
secare, nec aequitatem separare. Cum igitur iustitia exigat conservationem honoris divini
regiminis universi et qualitatem meriti humani, ideo summi et supremi prin-
cipii providentia sic disposuit haec suffragia valere defunctis secundum dulcedinem
misericordiae et rectitudinem iustitiae, servantis divini honoris regimen universi et
humani meriti qualitatem. Primo igitur in his suffragiis servari debet iustitia quae
divini honoris est conservativa, et honor divinus exigit opera satisfactoria
et poenalia in persolutionem pro culpis. Hinc est quod per illa opera habent suffragia
fructum, per quae potissime fit satisfactio et honor recompensatur Deo. Cum igitur
hae sint tres partes satisfactionis, scilicet ieiunium, oratio et eleemosyna, et altaris sacrificium, in quo
maxime redditur honor debitus Deo propter placentiam illius qui in altaris sacrificio
offertur. Hinc est quod suffragia ecclesiae consistunt in his operibus satisfactoriis, et maxime
in missis cantandis, secundum quod beatus Gregorius in IV libro Dialogorum insinuat aliquos
propter missarum beneficia de poenis magis celeriter liberatos. Ac per hoc pompa
exequiarum et accuratio funeris et huiusmodi non debent inter ecclesiae suffragia computari
proprie, quia et beatus Augustinus dicit de cura pro mortuis agenda: curatio funeris,
conditio sepulturae, pompa exequiarum magis sunt solatia vivorum quam subsidia
mortuorum. Amplius quia debet in suavi iustitia conservari ordinis et
regiminis universi, et hic exigit ut in communicatione influentiae salvetur ordo
et symbolum inter ea a quibus et in quae influentia illa manat, ac per hoc
inferius non debeat influere in id quod est supra, nec in id quod est penitus incommodum,
dissimilatum et elongatum. Hinc est quod suffragia ecclesiae non possunt valere his
qui sunt in inferno, quia sunt a corpore ecclesiae mystico penitus separati; unde nulla
spiritualis influentia ad eos pervenit nec eis prodest, sicut nec influentia ca-
pitis prodest membris a corpore amputatis. Hinc etiam est quod non prosunt beatis, quia

sunt omnino superiores secundum statum, et iam in termino existentes non possunt ad al-
tiora conscendere, sed magis e converso ipsi prosunt nobis et eorum orationes. Iam et
licet merentur in caelo, ideo disposuit ordo divinus ut sanctis orationes of-
ferant, ut ipsi suffragentur nobis merito devotionis ad divina beneficia impetranda, et e con-
verso prosunt quidem eis ecclesiae suffragia, sed magis nobis prosunt sua. Restat igitur quod solum istis
prosint qui sunt in poenis purgatorii. Nam ipsi ratione poenae et impossibilitatis
merendi se sunt inferiores viventibus, ratione vero iustitiae certis membris ecclesiae coniuncti
in viventibus mutua caritate, sed prosunt per symbolum. Postremo quia in his servari
iustitia quae postulat exigentiam meritorum, hinc est quod suffragia illa quae communiter fiunt pro de-
functis, licet omnibus bonis valeant pro modulo suo, his tamen amplius
valent qui magis meruerunt ut sibi valerent dum erant in statu viae. Illa vero quae
specialiter fiunt pro aliquibus, quia intentio facientis est in ea, et secundum divinam providentiam et ecclesiae in-
stituta absque dubio non est cassa. Et ideo plus valent illis pro quibus deputata
fuerint, licet et aliis aliquo modo conferant. Nec tamen prosunt in aliis sibi ducere sic
illis principaliter pro quibus fiunt, pro eo quod licet sint spiritualia, tamen divina iustitia pro ma-
iori culpa maiorem exigit emendam, et pro pluribus culpis plures emendas.
Ut exemplum de luce quae aequaliter illuminat adunatam multitudinem sedentium non placet,
quia haec suffragia potius assimilationem habent pretii redemptoris quam huius influentiis
descensivis. Certum autem cuius dignitatem valeat ille infinitudinali diffusione
habet etiam et in creatis poenis et suffragiis pondus attendere et numerum et
mensuram. De concomitantibus, scilicet de conflagratione ignis. IIII

De cetero dicendum est de concomitantibus ad iudicium, quod scilicet conflagratio mundanorum
ignium et iam omnium corporum. De conflagratione igitur hoc tenendum est quod ignis procedet faciem
iudicis, qui terrae faciem curret, in qua figura huius mundi mundanorum ignium
conflagratione peribit, sicut tamen est aquarum inundatione diluvii. Dicitur autem transire
figura huius mundi, non quantum ad destructionem totalem huius mundi sensibilis, sed quia per actionem illius
ignis omnia elementa inflammata consumentur, vegetabilia et animalia purgabuntur et
innovabuntur elementa, maxime aer et terra, purgabuntur et ita adveniet requies quibus
facta cessabit et motus caeli, ut sic completo numero electorum fiat innovatio et
praemiatio caelestium et mundanorum. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est,
quia principium universale rerum cum sit sapientissimum et in omnibus quae agit attendat ordinem
sapientissime potentissime, a terminis debet attendere quod spectat ad conformitatem, ut sic non
descendit prius a medio in medium a postremo, scilicet in terminis congruentissime ordina-
tus appareat illius principii sapientia ordinans et bonitas et altitudo. Cum igitur
Deus secundum ordinatissimam sapientiam fecit istum mundum sensibilem et maiorem, fecit propter
mundum minorem, videlicet hominem, qui inter Deum et res alias inferiores
in medio collocatus est. Hinc est quod ut ordo sic invenitur congruit, et habitator cum habita-
tore habeat armoniam, homine bene instituto debuit mundus iste in bono et quieto
statu institui; homine labente iste mundus debuit deteriorari; homine perturbato
debuit perturbari; homine expurgato debuit expurgari; homine innovato debuit
innovari; homine consummato debuit consummari. Primo quidem mundus iste perturba-
ri debuit homine perturbato, sicut stetit cum stante et congruo modo cecidit cum labente. Et
in futuro iudicio propter severitatem iudicis ostendendam necesse est omnia corda terreri,
et peccatorum maxime, quia universorum dominum contempserunt, ut sic omnis creatura divinum
accipiat zelum et conformetur auctori et conformetur habitatori. Necesse est totius
orbis cardines horribilissime commoveri. Et quia non intensius, velocius et subtilius
in agendo et commovendo in alia elementa quam ignis, ex omni parte concretus, hinc est quod
necesse est quod ipsius iudicis faciem ignis praecedat, non ex una parte tantum, sed
ex omni parte mundi, ut sic in concursu ignis elementalis et caelestis, ignis purgatorii
et infernalis, ut per infernalem reprobi adurantur, per purgatorium iusti pur-
gentur, et per caelestem haec terrae nascentia consumantur, per elementa subtilientur et
ad innovationis faciem ordine disponantur, et sunt cum hic certa complebit non
solum homines et daemones, verum etiam angeli videntur terreantur. Rursus
quia mundus iste purgari debet cum homine expurgando et hominem in statu fi-

nal' tpris idiget pgari a scoria auaritie et malitie sic i p(ri)n(ci)p(io) tpr a fece luxurie idiguit et pgari et velocit(er) et i(n)tme et pfec(t)e. hic e q sic p(ri)m(us) mund(us) delet(us) est et q(uo)da(m)m(od)o pgat(us) p elementu(m) aq(ue) q(uo)d e frigid(um) (contra) ardore(m) et fece(m) luxurie sic final(is) mund(us) pig(a)b(itur) et p(ro)p(ter) refrigatione(m) ca(ri)t(at)is (contra) frig(us) malitie et auaritie q regnab(it) i fine q(ua)si i ip(s)a senectute mu(n)di. Que q(uia) maxie s(un)t adherentie nece(ss)e e q(uod) pg(a)ns sit actionis motiue violente et accelerante q(uo)d n(on) co(n)tig(it) reperire i alio el(emen)to q(uam) i igne. Et sic fc(tu)m est i aq(ue) i(n)undatione diluuiu(m) sic p actione(m) ig(ni)s h(uius) mu(n)di sensibil(is) facies exuret(ur). Ap(osto)li q(uia) m(un)d(us) iste inouari d(ebet) cum homine inouato n(on) inouari p aliq(ua)m inoua(m) for(mam) n(isi) p(er)dat vetusta(m) et q(uo)da(m)m(od)o dispo(sitio)ne(m) dispo(sitio)ne noua sit i(n)ducta. hic e q(uo)d ig(ni)s maxime h(ab)et v(irtu)tem expl(u)siua(m) forme extranee h(ab)et e(ni)m n(atu)ra(m) s(u)btilissima(m) et celesti n(atur)e cog(na)ta(m) p(ro)p(te)r q(uo)d debet fi(eri) pgatio simul et inouatio. Ita q(uod) cu(m) gemina(m) h(ab)eat efficac(iam) q(uantum) ad a(liu)d iudicis aduentu(m) p(re)ced(i)t q(uantum) ad al(iu)d h(oc) seq(uitur). Et cu(m) inouatio sit ad nouitate(m) q(ua)m Ap(osto)l(us) redd(i)t ad vetustate(m) ac p h(oc) ad nouitate(m) i(n)corruptibile(m) q(uie)tare n(on) e i ip(s)o alic(uius) cal(i)t(a)te. hic est q(uod) l(ice)t i illa pgatione ig(ni)s ad ag(enda)t p n(atu)r(a)le v(ir)t(ut)e(m) v(t) i(n)flam(m)are pgare rarefacere et s(u)btiliare nece(ss)e e q(uod) e(x) illa v(ir)tute n(atura)li sit v(irtu)s op(er)ans s(upra) n(atur)a(m) e(t) i(n) ip(s)o fi(e)t (con)flag(ra)tio o(mn)is mutuu(m) et e(st) etia(m) v(ir)tute fiet m(un)d(us) (com)plem(en)tu(m). Postre(m)o q(uonia)m mund(us) iste d(ebet) (con)su(m)ari ho(m)i(n)e (con)sumato et t(un)c e ho(mo) (con)su(m)at(us) q(ua)n(do) e(ri)t i gl(or)ia (com)plet(us) n(umeru)s electoru(m) ad q(uo)d q(ui)de(m) statu(m) o(r)d(inatur) sic(ut) ad fine(m) ultimu(m) et (com)pletu(m). nece(ss)e e f(a)c(t)a (com)pletione illi(us) nu(mer)i t(er)minari et q(ui)etari mot(um) n(atur)e celestis. nece(ss)e e et t(er)minari istas mutatio(n)es eleme(n)tares. nece(ss)e e et p (con)seq(ue)ns t(er)minari g(e)n(er)atio(n)es q(ue) s(un)t i a(n)i(m)alib(us) et plantis. Cu(m) ista o(mn)ia o(r)dine(n)t(ur) ad for(mam) nobilissima(m) q(ue) q(ui)de(m) e a(n)i(m)a r(ati)o(na)l(is) (com)posito statu i a(n)i(m)ab(us) nece(ss)e e t(er)minu(m) et (com)plem(en)tu(m) po(n)i ceteris p(re)cede(n)tib(us). Et i(de)o co(r)p(or)a celestia h(ab)ita q(ui)ete et lu(m)i(ni)s plenitudi(n)e d(icu)n(tur) remu(n)erari. El(emen)ta u(er)o q(uia) ap(ti)t(udi)nem n(on) h(ab)ent u(i)m se m(u)ltiplicandi p t(ra)ns(mu)tatio(n)e(m) mutua(m) d(icu)n(tur) i(n)nouari n(on) q(uantum) ad s(u)b(stanti)a(m) s(ed) q(uantum) ad actione(m) et passio(n)e(m) mutua(m) et h(oc) q(uantum) ad q(ua)litates actuales ve(getati)ua u(er)o et se(n)sitiua q(uia) n(on) h(ab)e(n)t p(o)t(enti)a(m) ad vita(m) p(er)petua(m) et duratio(n)e(m) se(m)pit(er)na(m) q(ue) (com)petit statu(i) illi(us) nobilitatis nece(ss)e e i p(ro)p(r)ia n(atur)a (con)su(m)i ita t(ame)n q(uod) saluat(ur) i p(ri)n(ci)piis et q(uo)da(m)m(od)o i h(omi)ne s(cilicet) i illi(s) q(ui) similitudi(n)e(m) h(ab)e(n)t cu(m) o(mn)i g(e)n(er)e c(re)at(ur)e et i(de)o i ip(s)i(us) i(n)nouatio(n)e et gl(or)ificatio(n)e i(n)nouari p(os)s(un)t dici et q(uo)da(m)m(od)o p(re)miari.

De conditionibus sive de resurrectione corporum. V

De resurrectione corporum hoc tenendum est, quod omnia corpora resurgent in generali resurrectione. Et illa in eis erit distantia quantum ad ordinem temporis, sed magis quantum ad ordinem dignitatis. Nam mali resurgent cum suis penalitatibus et deformitatibus universis et defectibus quos habuerunt in statu viae. In bonis autem natura sua labes et vitia detrahet, et omnis resurget integro corpore et plena aetate et debita mensura membrorum, ut sic sancti omnes occurrant in virum perfectum et in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Surgent autem tam in bonis quam in malis corpora eadem numero quae prius et eisdem partibus constituta, salva totali veritate naturae, non solum quantum ad membra principalia et humiditatem radicalem, verum etiam salvis capillis et ceteris membris quae faciunt ad decentiam corporis. In quamcumque igitur auras vel similia in pulvis humani corporis cedat, ad eam animam redibit quae ipsum primitus vivificavit et rexit animam.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est. Quia primum principium eo ipso quod primum, summum est nobilissimum et sufficientissimum, ac per hoc principium est naturae, gratiae et praemiorum principium, et potentissimum, clementissimum et iustissimum; licet secundum quandam appropriationem sit potentissimum in constitutione naturae, et clementissimum in collatione gratiae, et iustissimum in retributione praemiorum; tamen singula sunt in singulis, quia sua potentia, clementia, iustitia numquam possunt ab invicem separari; et ideo in opere retributionis necesse est quod ipsa fiat sicut exigit rectitudo iustitiae, reformatio gratiae et completio naturae. Quoniam ergo iustitia necessario requirit quod homo qui meruit vel demeruit non in anima solum, sed nec in corpore solum, sed in anima simul et corpore praemietur vel puniatur in utroque; reformatio gratiae hoc requirit, ut totum corpus assimiletur capiti, et corpus mortuum fuit necesse resurgere et unitum esse inseparabiliter divinitati; completio naturae requirit ut homo constet simul ex corpore et anima tamquam ex forma et materia, quae mutuum habent appetitum et inclinationem mutuam. Necesse est ergo, natura esse futurum exigente, hoc constitutionem naturae, infusionem gratiae et retributionem iustitiae, secundum quas tota universitas habet regi. Et ideo ex his omnibus tribus clamat hominem resuscitandum, ut omnis extollatur excusatio illorum qui contra hanc veritatem fidei obsurdescunt, ut mirum quod contra tales universus pugnet orbis terrarum.

Postremo quoniam ratio dictat esse secundum exigentiam ordinationis divinae iustitiae, et divina iustitia reddit unicuique quod suum est pro loco et tempore, et omnis anima corpori simul et ad punctum temporis unita vel habet in eo culpam vel gratiam, necesse est quod omnes resurgant; et quia distincte debet esse status retributionis a statu viae, et ratio spectat ad statum retributionis ut non consummetur ordo universi, et ut fides habeat meritum quod credit quod non videt, et ut etiam et clarius appareat aequitas divinae iustitiae, et ut simul fiat consummatio et retributio finalis in angelis et hominibus, requirit haec divina iustitia ut omnes resurgant simul, quod est de communi lege, quod dico propter Christum et eius beatissimam Matrem. Quia vero mali debent poenam et miseriam, et boni gloriam, ideo etsi simul resurgant in tempore, valde dissimiles erunt in conditione; et iam quia malorum resurrectio non est ad vitam, sed ad supplicium, necesse est quod ipsi cum infirmitatibus et deformitatibus debitis suscitentur.

Rursus, quia ratio dictat esse secundum exigentiam consummationis gloriae, et perfectio gloriae nos facit conformes Christo capiti nostro, in quo nullus fuit defectus membrorum, sed perfecta aetas et statura debita et effigies formosa; optimum est quod boni suscitentur in optimis conditionibus, ac per hoc necesse est quod in eis et vitia detrahantur et natura sufficiat optima, ita est ut, si aliquid membrorum deerit, suppleatur; si aliquid superfluitatis inerit, auferatur; si aliquid membrorum deordinatum, corrigatur. Si parvulus erit, ad quantitatem aetatis est quam habebat in iuventute, licet non mole, divina virtute reducatur. Si decrepitus, ad eandem aetatem reducatur. Si gigas sive nanus, ad mensuram congruam limitetur, ut sic omnes integri et perfecti occurrant in virum perfectum etc.

Postremo quia ratio dictat esse secundum exigentiam perfectionis naturae, et natura spiritus rationalis exigit quod vivificet corpus proprium, quia proprius actus in propria materia habet fieri, necesse est quod idem corpus numero resurgat, alioquin non esset resurrectio vera. Requirit enim natura animae rationalis et immortalis, quae sic habet esse perpetuum, quod corpori habenti esse perpetuo influat vitam, ac per hoc corpus quod anima vivificat ex ipsa vivificatione ordinationem habet ad incorruptionem perpetuam. Sed tamen quia illud in quo consistit natura totius corporis, sicut sunt membra principalia et humiditas radicalis et anima, secundum speciem habet ordinationem necessariam; alia vero, scilicet caro secundum materiam, et partes quae sunt de bene esse hominis habent ordinationem de congruo; et ideo quaedam partes sunt ordinatae ad resurrectionem secundum ordinem necessitatis, aliae autem erunt secundum ordinem congruitatis. Quem quidem ordinem quia Deus imposuit naturae, natura non potuit perficere, quia non per motum suum suscitatur, et ipsa divina providentia non frustra debuit facere; necesse est quod ipsius virtute reparetur corpus idem numero et immortale et ex omnibus partibus constitutum et salva tota veritate naturae. Cum autem hoc non habeat in potestate natura, sed solum in appetitu, quia non idem corpus numero destructum reparare potest, cum non possit in totam rei substantiam, nec immortale possit efficere, cum esse principaliter generale sit corruptibile, nec dispersa colligere; necesse est quod resurrectio non seminalibus naturalibus causis, sed primordialibus attribuatur, ut fiat secundum esse mirabile et supernale et divinum imperium voluntatis.

De consequentibus sive de poena infernali. VI

Consequentia ad iudicium sunt duo, scilicet poena infernalis et gloria caelestis. De poena igitur infernali hoc tenendum est, quod poena infernalis est in loco corporali deorsum, in quo aeternaliter affliguntur omnes reprobi tam homines quam spiritus mali, affligentur eodem igne materiali, quod ce(...)

oib; appar i quo rez oiu sit silitudo. Ite h. m. dscrib

aīa ī operatōe ad dm̄ . s; q ē pri⁹ sic . aīa ē difforme spe
cl'm uite . et sumit h' diffinitō . Gn̄ . ii . p q 7 vii ꝓpetas
aīe tang . s . q n̄ ex t duce . vl' semīali rōe ꝓpagat . s; ad unun
ficatione corꝑ . p diā īspiratōe ē ād īfundit et īfūdēdo
ē at Ite vii . dscrib' ī relatōe ad dm̄ velut ad finē . 7 sic
diffīita ē a seneca . aīa est sp̄s ītellectual' ad btitu ī se 7 ī
corpe ordinat⁹ . Et ex hac vis . relucet ipi aīe ꝓpetas . qa
n̄ solū sepata ī se beatificat . sic angl's . imo et ī cor glifi
cato ipi⁹ beatitudo ampliat . Patet g' ipi⁹ aīe m'ltiplices
ꝓpetates . p iā nu̅atas et varias dscptionū assignatōes
Sē uo qd sit aīa sm̄ rē ɔsidrādū ē . Sr̄ h' ē varias viri
phi sn̄ias ptulisse . Plato ē d̄r . aīa eent' ēē mouētē .
Xeno uo d̄ . aīa ēē . vnū se mouētē . Ar . Endelechia;
Pictagoras armoniā . Paphmonius idē . Sedecpides
v . sessiū excitū . siu ɔsonū . ypocras sp̄m tenuē . p oē cor
dispsū . Radi physic⁹ . lucē . siu scītillā vellans eēn aīa
vocat . Dimocrit⁹ sp̄m īstū attomis . vn̄ ꝑ facultatē
mot ēē corp⁹ illi puui esse assīt . Pmentdes d̄ eā ex
tra et igne ēē . Epycur⁹ d̄ aīa spē qdā ex aere 7 igne
fcā ēē . Ipar . aīa; igneū vigore esse d̄ . vn̄ qdā d̄ aīa
lib; loqs sic ait Igneus est illis vigō et celestis origo .
Cū g' tot d eēn aīe . ī t sapiētes fueiant diuisitates . hoc
sm̄ attestatōes scōꝝ d eēn aīe . sēture suffic . q aīa est
qdā et spāl' . et rōal' sba ad uiuificādū 7 pficiēdū corp⁹
huani ad do ex nichilo . sine p iacēti mā cāta . v ex pdictis
diffinitōib; p; ītuēti . vn̄ qr sba ē . iō oppositoꝝ ē suscep
tiua . v p; ī sciā et igrātia . ī vtē et malitia . q suscip̄ sine
sbe sue trāsmutatōe . It qr ī corpea ē . sēsui n̄ ē sbiectā .
n; sm̄ dimsionē extēsiua . Quātitatē ē ht aīa . v d̄ ag .
n̄ dimsiuā . siu mālē . s; potētiuā et ūtualē . Ite simplex
ē ī nā . et iō nec augmti nec dīnuti ē susceptā . qr n̄ ī
cor maiori maio nec ī cor minori minoꝝ repit . sic d̄
aug . S; q̄uis sit simpx et īuāiabil' ī sua nā . mlt tn̄ ē
ī po . ɔltido at po ī aīa n̄ ponit maioritatē vl' minoi
tatē ī nā aīe . s; m'tiplicitatē effectuū . vn̄ n̄ ē minoꝝ
ī una po . q ī duab; vl' tb; . n maioꝝ ī trib; q ī una . v pa
tebit ī seqntib; . Pat 7 g ex iā dcis . q sit aīe ꝓpetas s; rē
et diffitōe . Auctor⁹ tam̄ uideī p idē . p ipi aīe denoiatōe
aīa ū d̄ ysi . agētib; n̄ accep . eo q sm̄ coꝝ oppiōe . vet s
qr p aerē ore viuē uidem . S; hoc aptissime falsu; ē . qr
m'lto pri⁹ aīa corpi īfundit . q aer ore capiat . qr ī geītēis
vtō uiuit ī monito . qn̄ īfūdēdo ad ē at . Aīa g' dcā est
eo q uiuit . et cor uiuificat . ac pfic . sp̄s aut d̄ . vl' qa
nā; sp̄alē ht ī se . vl' p eo q īspirat ī cor . Ite aīa d̄ idē
qd 7 aīus . s; ī hec differt . qr aīa uite ē . aīm⁹ ɔsilii . vn̄
dnt phici . 7 sin aīa vitā manē . et sin mte aīa durare .
vn̄ 7 amētes sin aīa dnr . n̄ qr n̄ uiuūt . s; qr rōe siu ɔsilio
n̄ utūt . Ite aīa mens d̄ . vl' eo q tāq cap mtis emin 7 . vl'
qr memin . vn̄ et hō sm̄ mtē ymago di d̄ . H at noia
aīe sē adiūcta . si n̄ res pl'es sit . s; una . Nā m'ltis noib'
vocat aīa . siu sp̄s huanus . s; sm̄ diuisos respect⁹ . aīa ē d̄
ī qtū aīat . siu cor viuificat . Mens ī qtū recolt . aīus dū
uult . Rō dū rectū iudicat . Sp̄s dū spirat . Sēs⁹ dū ād
sētit . vn̄ et plus aīe ꝓpetatib; . sciā q aīe ē qūtas . asē
su n̄ accip . huc us; ysi . li⁹ xi . c . s . Ht at aīa pl'es ptes .
n̄ māles . s; potētiales . Sic ē cor . si diuidet ī mb . sic in

ptes ītegles . s aīa diuid ī suas po⁹ . q eā m'ltiplicat .
n̄ sm̄ mā; ē sit simpx . s; sm̄ effcs diuisos . et opatōes . ht
itaq; aīa multipticā opa tionē . sm̄ q oꝝ diuīsa rerum
et po⁹ assignari diui v sionē . Copat ē ad cor . opat
ad finē suu; . opat ad actū suū . Sedm opatōe ad cor . v . ht
po⁹ . qꝝ p⁹ ē . sensualitas . q ē qdā vis aīe . q mouet 7
tēdit ī corpe . sens⁹ atq; appetit⁹ reꝝ ad cor ptinētium
Hac po mouet aīa ad appetēdū ea q delectabilia st cor .
et refug nociua . Scda est . sens⁹ cois aīe . q cogscit res corle
psētes . Tcia est . ymagiatō . q ē vis q aīa ītuet res corles
absentes . Qrta est rō . q est uis aīe . q īt boni 7 malu; . veꝝ
et flm discenit . v⁹ ē ītll's . q ē vis qdā q aīa ɔphedt res
n̄ māles . s; ītelligibles v dm̄ . aīa . et āglm . Tres pme po
st ī aīa . s . sensualitas . sēs⁹ . et ymagiatō . ī qt aīa ē cor uni
bil' . 7 ɔgit aīa cor . et aptat ei . v īfluat vitā 7 sēsu ītiōe
et extiore ad ipi cor pfcōe . Et l; sit po aīe et ī brutis
et ī hoib; coēs . Due uo alie po . s . rō et ītll's ɔsideratē ī
aīa . pu est sepabil' a cor . et remaet a cor sepata . sic āgli .
Et h' sm̄ duplicē aspectū . Respic ē īferiora . 7 d̄r rō . re
spic suꝑiora . et sic ītll's nūcupat . Iqt opat ad finē suū tp .
ht po⁹ . s . rōale . q tēdit ī veꝝ . Et ɔcupiscibilē . q tēdit ī
arduū siu eēn . Et irascibilē . qua respuit malum .
I rōabli est cogitō veri . I cōcupi ē appetit⁹ et dsider boi
I irasci ē fuga ɔtrii mali . Sē tam̄ ɔtīt duos ēē fines aīe
tm̄ . s . boni et malu; . Et s; hos ɔtīuatō . hoꝝ . i . boi 7 veri
n̄ ē finis . s; dispōitō . et iō pdicas diuidit po⁹ . s . po cogitā;
siu apphesiuā . et ī po⁹ opatiuā vl' motiuā . vl' p ītll'ctū et
affcm . qd idē est . Et s; h' vis motiua siu affcs sbdiuid p
ɔcupile et irascile . De vi g' apphesiua . s . ɔcupili 7 irasci .
oēs affcs nascunt . q st . iiii . s . gaudiū . et sp̄es . et d ɔcu
piscibli oriūt . Nā d eo q amam⁹ et ɔcupiscim⁹ iā gaudem⁹
et gaudēdo spam⁹ . Ite de irasci dolor et met⁹ nascunt
qm̄ d eo qd timem⁹ iā dolem⁹ . et dolēdo timem⁹ . huj
siqōe . iiii . affcs . oīu vtutum et uitoꝝ st qdā pria 7 qi
qdā cois mā . s; de hiis alias ē tractād⁹ . Post q 7 aīa ɔsid
rari ī opatōe ad actū suū . q qdē tpx ē . s . vegetare . 7 sē
tire . et rōciari . siu ītellige . Et s; h' tpx po aīe . distigūt
. s . vegetal' . sēsil' . et rōal' . īmo sm̄ tria sbīta . sba diuisa
tpx p dīq igne . Aīa . s . vegetal' . q ē ī plantis . siu ī radi
cib; . Sēsil' . q ē ī brutis aīalib; . Rōal' . q ē ī hoib; . v⁹ vege
tabl'e po siu aīa opat . ar . ī āglo . qa h' po . tres ī ptes
. s . vis gnātā . nutrītā . et augmētatā . vn̄ h' po ē . p . sic tā
gul⁹ pma ē geometca figa . Po at vegetale opat q dī ā
glo . qr q diāgl's linea ducta ab angulo ad āgulū duos
fac āgulos . Sic 7 aīa vegetal' duplicē tāgl' ; ht po . v eq;
ē aīa sēsil' et vegetal' reppit . s; h' ɔuītē . aīa; rōale opat
ē cl'o . rōe sue pfcōis . et capacitatis . Oīu ē ysopimetaꝝ
i . eqles ambit⁹ hntium maxim⁹ ē cel's . Qr uis ē pfecti
araata sit et impfcā . s . q̄t ad sciās et vtutes . v d̄ ī li⁹ .
d aīa . Pfcissiā tam̄ ē oīu reꝝ capacissiā . īsta cel's . q̄tū
ad po . nales . Aīa g' vegetal' . po . ht gnātā . ad ɔsuatōē
neccīā spei . Po nutritiuā ad ɔsuatōe īdiuidui . augm
tatiuā uo neccīā ad pfcōē sbiq . Huc at vegetabli de
suuit . iiii . s . vt appetitā . q assumt neccīā nutrimēto . di
gestiua . q sepat ɔueniēs ab īɔueniēti alimēto . Retētiua q
transmittit ad singlas ptes ī aialib; . et ad siglos ramos

in plantis et arboribus, quod quotiens fuit in nutrimento et converget eis ut restauret deperditum. Expulsiva, que expellit quod est inconveniens, nec et nocivum in nutrimento. Ex predictis colligitur quod anima secundum quod vegetabilis in plantis et in animalibus de similibus similia producit, que in esse conservat ac nutrit, et que sunt necessaria ad nutrimentum appetit, ac inconveniens in alimento separat et dividit. Ista enim ad singulas partes corporis que ei conveniunt transmittit et coniungit. Unde per generativam speciem multiplicat et ad esse producit. Per nutritivam in duratione in esse custoditur. Sed per augmentativam ad esse completum producit. Sunt autem et alie virtutes potentie vegetabilis amministrantes, scilicet immutativa, informativa, assimilativa, a carne per formalem aspera et lenis. Que si quis differentias scire desiderat, ad librum Iohannicii recurrat, ubi hec plenius determinata reperiuntur. Hec de anima vegetabili dicta sufficiant.

De anima sensibili

De anima autem sensibili et de eius divisionibus pauca ad presens dicenda occurrunt. Anima ut sensibilis in subtilissimis cerebri ventriculis sedem habet et regionem. Unde a principio cerebri per nervos et arterias per singulas partes animalis se diffundens motum et sensum voluntarium gignit et operatur. Duplicem ergo habet anima potentiam, scilicet apprehensivam et motivam. Apprehensiva vero dividitur in sensum particularem sive exteriorem et in sensum communem sive interiorem. Sensus particularis continetur in quinque, scilicet visu, auditu, gustu, odoratu et tactu. Quidam autem nervus qui dicitur opticus, qui descendit ad oculos sive pupillas, ramificatur in duas partes. Quidam alius ad aures, et quidam ad nares, quidam ad linguam et palatum. Quidam alius ramificatur ad organum tactus et in toto corpore se diffundit. Per ista organa a cerebro per totum corpus descendentia spiritus sensibilis usque diffunditur, et sic corpus virtute ipsius anime sensibilis sensificatur et mobile efficitur. Sensus communis sive interior in tres partes dividitur secundum tres partes cerebri. In cerebro enim sunt tres cellule, scilicet anterior, in qua operatur virtus ymaginativa, que secundum Iohannicium est ordinata eo quod apprehensa discernit, sensualiter ordinat et componit, et dicitur secundum eundem Iohannicium virtus fantastica predicta. Est et media, in qua ratio sensibilis sive extimativa virtus consistit. Tertia autem cellula est posterior, in qua vis memorativa, que iam apprehensa per ymaginationem vel rationem custodit. Sensitiva ergo virtus que ab anima sensibili procedit est que de odoribus sive saporibus et de aliis sensuum obiectis particulariter iudicant. Virtus vero ymaginativa dicitur que formas prius a particularibus sensibus receptas quasi absentes apprehendimus. Fantasia sive fantastica virtus est que formas novas inconsuetas similiter componit, quas homo per ipsos presensus particulares in toto vel in parte apprehendimus, sicut patet qui montes aureos cogitamus vel quod possibile aliorum motuum de monte Parnaso somniamus. Vis autem extimativa sive ratio sensibilis est illa secundum quam in premeditatis periculis vel delectabilibus assequendis prudentes sumus et sagaces. Et hec potentia sive sagacitatis viget in brutis, ut patet in canibus, vulpibus, lupis et avibus vitantibus laqueos, apibus et formicis. Memorativa vero virtus est vis conservativa sive recondita, que species rerum sensibilium ne in oblivionem deveniant reponimus et reservamus. Vis autem sensibilis motiva dividitur in naturalem, vitalem et animalem virtutem. Virtus autem naturalis est motiva humorum in corpore animalis per venas, et hec situm habet in epate, eo quod in primis operatur. Unde oriuntur et vene. Virtus quoque vitalis motiva est spirituum particularis in toto corpore animalis, et ideo situm habet in corde. Unde oriuntur arterie. Tanti enim est caloris cor quod nisi refrigeraret aere contracto per aspirationem et emisso per respirationem, in tempore suffocaretur et sic animal moreretur. Idcirco per vitalem arteriam et pulmonem attrahit aerem et inde per arterias alias transmittit ad totum corpus temperandum, et postea expellit. Ista est eadem vis motiva, est ad vocem formandam eo quod formatur vox illiterata, ut vox avium et animalium. Virtus autem animalis est motiva secundum locum. Movet enim universaliter omnia membra corporis. Per hanc enim movet lacertos, musculos et nervos, quibus motis moventur cetera membra motu voluntario. Secunda vero est que est motiva pedum ad ambulandum. Dicitur vis gressibilis eo quod secundum eam movetur animalia motu progressivo. Hec de divisione anime sensibilis sive potentiarum sensitive ad presens dicta sufficiant.

De anima rationali

Anima autem rationalis sive vis intellectiva idem est quod intellectus. Unde et dividitur secundum duos ipsius principales actus in intellectum speculativum et practicum. Intellectus enim speculativus exercetur in contemplatione, intellectus vero practicus in operatione. Et secundum hanc rationem dividitur vita contemplativa et vita activa. Anima ergo igitur est rationalis sive intellectiva, propterea est et incorruptibilis ac inmortalis. Et secundum hoc eius principalis actus, scilicet intelligere, nullatenus dependet a corpore. Et perfecte vivit et intelligit a corpore separata. Immo ut intellectiva, quanto plus se corpori inmiscet, tanto intelliget obtusius et tardius; quanto autem magis se extrahit, tanto clarius et facilius apprehendit. Dico autem hoc in visione per fantasticam ymaginationem sive per sollicitudines sive per amorem temporalium et carnis delectationem. Ideo dicitur quod homo sicut in medio est creaturarum, ut esset inferior angelo, superior vero iumento, ita habet aliquid quod necesse est convenire cum summo et aliquid quod cum infimo. Immortalitatem spiritus habet cum angelo, mortalitatem vero corporis cum iumento. Anima ergo quasi medium est inter deum et creaturas, que per rationem ad deum convertitur, illuminatur, melioratur et perficitur, ut dicit Augustinus. Sed vero per affectionem ad creaturas convertitur, obscuratur, corrumpitur et deterioratur. Quamvis autem anima in se considerata inmortalis sit et propterea impassibilis, tamen est in corpore sibi unito quodammodo passibilis, quod cum corpore habet colligationem, et quod passibilis quod habet inconvenientias sive instabilis compassionis. Unde Augustinus in libro de anima et spiritu dicit quod in corporibus viventes per dilectionem rerum visibilium corporalibus afficiuntur ymaginibus; a corporibus exeuntes in eisdem ymaginibus tormenta patiuntur. Propterea est corporalibus passionibus in terra posite, quia a corruptione corporalium affectionum hic mundate non fuerint, quam corpulentiam de corporis delectatione hic contraxerint. Ex quo patet quod quamvis anima in sui natura sit purissima, impuritatem tamen quandam contrahit a corpore corrupto, secundum diversas corporis influxiones varias passiones recipit ac immutationes. Exuta vero a corpore quasdam sordes ex colligatione corporis sibi adherentes secum defert, ad quarum ablutionem necesse habet ut expurgetur, sicut gemma de luto noviter elevata indiget ut emundetur. Ex predictis ergo patet que sunt anime proprietates simpliciter(?) diffinitione et denominatione et quantum ad potentiarum eius multiplicem divisionem, sive non quantum ad ipsius cum corpore coniunctionem sive separationem. Unde ex predictis breviter recollige quod anima corpus vivificat et perficit. Ideo semel creata in corpore vel extra corpus semper vivit. Inter bonum et malum iudicat et discernit secundum diversas potentias. Res presentes et absentes diversimode apprehendit. Nam res materiales per suas ymaginationes, res vero immateriales per suam presentiam in semetipsam cognoscit. Se ipsam autem per reflexionem sui ipsius cognoscit, quia se novit, ut dicit philosophus. Per quasdam potentias naturales contra malum insurgit, per quasdam vero iustitiam et virtutem diligit et requirit. Illuminationes et impressiones diversas ad recipiendum unde que apta nata est huiusmodi impressionem recipere, ideo mutabile(?) comparatur. Ad ymaginem dei creata est quantum ad cognitionem veri et appetitum boni naturaliter incorporea, sive universum corpus appetit, et a suis actionibus in corpore sibi unito non cessat. Ipsa enim est in corpore movet, non localiter sed virtualiter, quia non dicitur esse in loco per diminutionem, sed per diffinitionem tantum et operationem, quia virtus spiritualis libera in uno spatio esse diffinitur quod similiter et semel in alio spatio non extendit. Ibi enim esse dicitur ubi patitur vel operatur, et ideo non est in loco per esse separate.

sunt omnino sine loci diffinitione. sed potius per virtutem et operationem virtutes: est. Unde Aug. anima quamvis in carne claudatur. ita non in loco esse vel localis dici posse videatur. verumtamen non sic totum cui[?] sed locum prius medium et finem assignent. Ibi enim esse vel esse dicitur ubi patitur vel operatur. locus tamen proprie anime deus est. ad quem movetur in quo quiescit. non per distensionem vel potius mundum consortium et insatiabilem affectionem. Anima vero [?] ab anima vegetabilis appetitur esse. sensibilis bene esse affectat. Rationalis autem optime esse desiderat. et ideo numquam quiescit quousque optimo coniungatur. Propter hoc vi amoris in deum movetur tamquam ad centrum in ipso summe delectetur. Has proprietates anime quantum ad huius opusculi spectat [?]. difficiles questiones et subtiles de omni anime discussiones sapientibus viris reservantes.

De virtutibus anime et primo de virtute naturali

Postquam diximus de proprietatibus anime in se et in corpore sibi unito considerate. restat dicere de virtutibus eiusdem quibus potens est suas operationes exercere. Et dicitur virtus prout hic sumitur posse anime celitus attributa ad suas in corpore peragendas actiones. Nam hec virtus anime non sola est. cor vivificat et arterias constringit et dilatat. ac menti et intellectui dat sensum quoque et motum voluntarium omni rei sensibili [?]. Hec itaque virtus ut dicitur [?] pluralitatem sunt. est triplex. scilicet naturalis que est in epate. vitalis sive spiritualis que est in corde. Et animalis que in capite sive in cerebro sedem habere perhibetur. Actio igitur virtutis naturalis animalibus et plantis communis est. Est enim que generat nutrit et augmentat. Unde hec virtus anime que naturaliter operatur in corpore triplex esse perhibetur. scilicet generativa nutritiva et pascitiva. Est generativa sive spermatis in substantia membrorum eiusdem animalis actione nature facta in utero. Et hec virtus incipit operari a principio generationis usque ad perfectionem infantis. Hec quoque virtus generativa duabus aliis virtutibus. scilicet immutativa et informativa adiuvatur. Est autem immutativa virtus que substantiam ipsius seminis transmutat et convertit in substantiam singulorum membrorum animalis. Hec virtus immutativa mediantibus quattuor primis qualitatibus operatur. que sic membrorum diversitatem efficiat. Nam si cum calido operatur et humido sola efficitur caro. Si cum calido et sicco cordis substantia perficitur. sicut frigido et humido substantia cerebri formatur. Si cum frigido et sicco ossea substantia et dura configuratur. Hec quoque eadem virtus per dictarum harum qualitatum complexionem in certis membris proportionaliter operatur. Alia vero virtus que informativa dicitur actioni generative est necessaria. que format et distinguit formam secundum suam speciem singulis membris competentem. unde et ea perforat et cavat asperat lenit et consolidat. Sed hee due virtutes tamdiu operantur quousque fetus forma compleatur. que xxx diebus sive xxxv in masculo. xl. in femina perficitur. Virtutis naturalis species secunda est nutritiva. que generative adiutrix est et ministra. que fetum in longitudine latitudine et profunditate augmentat et extenuat que totum perficitur. est enim [?] que xxxv annis concludit complet. Pascitiva quoque virtus nutritivam adiuvat et ei ministrat. que cibum sibi nutrimentum in membris solidat et assimilat. et quod dissolutum est ac deperditum ac vi caloris vel huius aeris seu cuiuscumque passione aeris reparat et restaurat. Et ideo natura mirabilis pascitivam nutritive adiutricem fecit. et utrumque ministro generative virtutis subiecit. Huic vero virtuti pascitive quattuor particulares virtutes obsequuntur. scilicet appetitiva que convenientia membris attrahit. scilicet cibum [?] temperamentum flegmatis. et sic de aliis. Item digestiva que convenientia ab inconvenientibus in nutrimento separat et dividit ne videlicet pura et impura commixtio in corporibus nec fiat. Item virtus contentiva que scilicet purum nutrimentum custodit et quamdiu actione nature exactum est singulis membris assimilat et coniungat. Expulsiva que superflua membris [?] et [?] eis assimilando necessario expellit. Et sicut virtus appetitiva est calido et sicco et digestiva est calido et humido. contentiva vero est frigido et sicco. Sic quoque virtus expulsiva est frigido et humido in superfluitatum expulsione operatur. Hec virtus sed eius sui partes sepe leditur et in suis actionibus impeditur. Sicut patet in his appetitum quoniam ex toto aufertur. sicut videmus in fastidiosis. Quoniam innovatur sicut in famosis eructationibus et acetosis. quoniam est sine egritudine sic patet in bolismum patientibus. Quoniam etiam impeditur virtus naturalis per malam membrorum dispositionem. sicut in tractatu de morbis et eorum causis dicetur.

De virtute spirituali

Quia diximus de virtute naturali. expedit ordo ut de spirituali virtute aliquid dicamus. Virtus igitur spiritualis est illa que vivificat. et fundamentum est eorum a quibus vita procedit ad membra vivificanda. Huius virtutis actioni operatur vis vero vite motiva. que cor et arterias dilatat et constringit. Et dicitur huius dilatatio motus a corde medio in omnes extremitates. Sicut econtrario constrictio ab extremitatibus ad medium. sicut contingit in [?] in follibus fabrorum. Virtus igitur cor dilatando aerem mediante pulmone ad cor attrahit. et a corde ad arterias et per arterias ad totum corpus transmittit. Et iste aeris tractus per virtutem cor dilatantem et per virtutem constringentem ac superfluitatem fumosam a corde et arteriis expellentem flatus sive anhelitus dicitur. qui motu voluntario fit et a pectore movetur. Motus autem pectoris vivus fit et lactis. Anhelitus autem sive flatus est necessarius ut calor naturalis per eum temperetur et spiritus vitalis nutriatur. et spiritus animalis generetur. Custodia autem caloris naturalis est attractus frigidi aeris ad sui temperamentum receptionis. Unde et nutrimentum est vitalis spiritus et eius temperamento animalis generatur. Spiritus igitur anhelitus est necessarius. Unde et maximum est corporis iuvamentum. vita enim custoditur que sine spiritu non permanet. Neque spiritus potest permanere sine moderato naturali calore. nec caloris naturalis est moderatio sine anhelitus temperie. Magis igitur ad vitam anhelitus est necessarius. quam ab illo potest animal esse sine cibo vel potu vivere aliquamdiu. sed sine attractu aeris nullatenus durare. Ergo patet quod per interceptionem anhelitus causa mortis succeditur. Corrumpitur ipse anhelitus totaliter pluribus de causis. ex quo calor naturalis necessario extinguitur. Prima causa est ex cerebri corruptione. ex quo motus voluntarius procedens ad pectus corrumpitur. unde et anhelitus qui fit per motum dilatationis vel eum aufertur. Et sic per consequens calore naturali extincto virtus spiritualis perit et dissolvitur. Item ex cordis lesione. Cor enim lesum vel corruptum sive per innaturalem calorem ut in pacientis febribus. sive per nimiam infrigiditatem. sive per nimiam inanitionem sicut accidit flebotomatis et inpotionatis. sive per repletionem sicut quandoque in pinguissimis hominibus. et ebriosis solet accidere ex venarum que et circa cerebrum nimia repletione. Huius in quamtumvis sive aliis cor corruptum virtus aufert spiritualem que de pulmone attrahitur aerem. et sic anhelitus interrumpitur. Item ex epatis infectione. Corruptum enim epatis generationem aufert sanguinis. quo calor naturalis nutritur. unde et anhelitus per consequens corrumpitur. Item ex venarum epatis oppilatione. si oppiletur ne ad eas transire possit spiritus ex anhelitu generatus necesse est ut infrigidetur. et sic sanguis in eis non generatur. unde et causa mortis comitatur. Item ex pulmonis perforatione ut patet in ptisicis in quibus aer attractus evanescit. et sic ad temperamentum caloris naturalis non sufficit. Item ex venarum et arteriarum incisione. unde in totum sit aeris cordi denegatur. et toto sanguine exeunte calor naturalis extinguitur. sicut lucerna cum oleum subtrahitur. Item ex vacuitatum corporis repletione ut patet in submersis. in quibus impletis vacuitatibus anhelitus opilatur unde et moriuntur. Item ex narium et oris percusione ut patet in suffocatis. sicut est videre in lucerna vase cooperta. que subito extinguitur. si aer exterior ad eam ingredi non permittatur. Item ex aeris corruptione. sicut quandoque fetor de cadaveribus mortuorum

vel puteorum lutosorum aer admisceat propter horrorem odoris nimis clauditur et constringitur vel propter ipsius aeris attenuati corruptionem, vel spiritualis infectione continuali corrumpitur. Item vitiatur anhelitus ex humorum putrefactione, ut patet in leprosis. Item ex spiritualium corruptione, sicut ex morsu alicuius venenosi reptilis, cum venenum cor perforat et calorem naturalem vincit, et ita anhelitus intercluditur. Item ex nimia aeris calidi rarefactione, quod contingit in balneo calidissimo nimis morantibus, vel in sole ferventissimo estuantibus. Item ex nimia aeris compressione sive infrigidatione, quod contingit frigida loca ambulantibus, vel sub nive quiescentibus. Nam in talibus, lacertis et nervis per frigorem contractis, vis attractiva aeris impeditur. Huiusmodi itaque et multis aliis modis actio virtutis spiritualis impeditur. Patet enim in anhelitu quam magnum hominis supplementum esse complectatur. Ex virtute etiam spirituali procedit una que est fervor cordis, secundum quam calor naturalis subito prorumpit, cum anima illatas iniurias vindicare desiderat. Item procedit expugnatio qua calore naturali movente quasi sibi parere superare laborat. Item indignatio qua quasi calore exagitante aliud se redigit subicere. Hee virtutes secundum philosophos a principalitate cordis nascentes, et in irrationabilibus sub rationis cohibitione, irrationabilibus vero sine discretione occurrunt. Et hec de virtute spirituali sufficiant.

De virtute animali

Virtus autem animalis habitationem et fundamentum habet in superiore parte hominis, scilicet cerebro. Et hec triplex est, scilicet ordinativa, sensitiva et motiva. Ordinativa autem per se solum complet cerebrum. Nam in prima parte cerebri, sive in anteriori, fantasiam ordinat; in media extimativam sive rationem; in posteriori parte cerebri ordinat et perficit memorativam sive memorativam actionem. Harum virtutum quelibet propriam habet actionem. Nam virtus ymaginationis quod format ymaginatio transmittit ad intellectum rationis. Ratio quod ab ymaginatione recipit, et tanquam iudex diiudicat et diffinit, et ad operandum transmittit. Memoria vero ea que fuerint intellectu posita informat et recipit et docet ad actum illa educat firmiter et reddit. Secunda virtus est sensitiva, que sic habet formari. Nam spiritus animalis ab anterioribus ventriculis cerebri mediantibus quibusdam nervis qui sunt mollissimi procedunt, ex quibus sensus formatur. Unde quidam diriguntur cum spiritu animali ad oculos ut informetur visus, quidam ad nares ut informetur odoratus, et sic de aliis. Sensus igitur visus subtilior est omnibus aliis, quia igneus. Post visum subtilior est auditus, qui est sensus aereus, quia percussione aeris formatur. Deinde odoratus, cum eius natura sit fumea. Deinde gustus, cum eius natura sit aquea. Postremo tactus grossior est omnibus, quia natura sua est terrea, ut patet in duris, mollibus, asperis, lenibus, calidis et frigidis necessaria. Horum sensuum singuli sic sua explent officia ut se mutent et appetant in naturam rerum quas sentiunt, quas cum mens sentit intellectui representat.

De sensibus anime. Et primo de visu.

Sensus igitur visus cum sit igneus subtilissimus est, unde et remotissima subito comprehendit. Sensus autem visus in oculis sic formatur. In oculis quippe est quidam humor clarissimus et lucentissimus qui cristalloides a physicis nuncupatur, eo quod more cristalli ad suscipiendas varias colorum formas subito coaptatur. Visus est sensus colorum formarum competentium exteriorum discretivus. Unde ad visum perficiendum hec sunt necessaria, scilicet causa efficiens, instrumentum conveniens, exterior res colorata, sive aer deferens, anime intentio et motus mediocris. Causa efficiens est virtus animalis. Instrumentum conveniens est humor cristallinus in utroque oculo collocatus, clarus et rotundus. Clarus ut oculus sua claritate spiritus et aerem irradiaret. Rotundus ut sit impassibilis, quia forma rotunda in lateribus clausa angulos non habet, in quibus contineantur superfluitates prestitam lesionem, ut dicit philosophus. Exterior res corporalis sunt aer sine quo mediante visus non potuit perfici. Ut etiam visus perfecto fiat in quibusdam animalibus aeris claritas exigitur, in quibusdam obscuritas, in quibusdam mediocritas: in multis obscuritas, in vespertilionibus et quibusdam volatilibus mediocritas. Attentio anime sunt necessaria, dum anima attenta est circa aliquid alio sensu investigandum; hoc forte a predictis oculis non videtur. Si enim res videnda non esset, vel si manus apponeret oculis, vel si aer non mediaret inter rem videntem, aut si instrumentum abesset, aut anima ad alia attenderet, visus non fieret. Continuatio autem ex predictis sunt necessaria, scilicet motus mediocris. Si enim esset motus continuus ex multo impetu confunderet vel dispergeret visus, ex motu continuo in remo apparente fracto propter velocitatem videri; vel quando pueri movent aliquod corpus oblongum propter velocitatem apparet rotundum. De visu autem qualiter fiat varie apud veteres fuerunt oppiniones. Quidam enim dicunt quod ad hoc ut fiat visus necesse est ut ab oculo videntis exeat ad rem visam. Et hii videntur dicere quod videmus per extramittentes, et secundum hos ab organo sive instrumento visus, scilicet ab oculis, ut species visibiles duo radii ad rem visam diriguntur, qui in termino concernunt assimilitudine obiecti sive rei vise immutantur. Inde radii per quandam reflexionem species rei vise secum deferentes actione visus in organo formant. Et sic ex radiorum visibilium emissione et eorundem reflexione visus generatur. Alii vero dicunt quod res visa a dorso se ad videntem transmittitur, que suam similitudinem in oculo imprimit et quasi agglutinare contingit. Unde hanc impressionem speciei visibilis in humore cristalloide retinens similitudinem rei apprehense anime representat. Et sic secundum oppinionem istorum non per extramittentes sed per intus recipientes actu virtutis visive completur. Et has oppiniones tangit philosophus quod dicit oculus videre sub angulo; angulus est duarum linearum ad unum contactus; quia secundum primam habet, vel secundo radii ab oculis emissi linealiter in termino rei vise se contingunt, vel ex lineis invisibilibus a re obiecta in medio cristallini humoris acuitiem coniungunt. Sed que opinio inter has verior sit discussionis maioris relinquatur. Dicunt tamen alii qui tenent ex parte ad eundem ad alterum, scilicet ab oculo ad obiectum vel econverso. Unde dicunt spiritum visibilem oculum et aerem corpora esse clarissima, que irradiatione quadam mutua sese invicem irradiando immutantur. Aer igitur ut potest corpus subtile et ad immutandum habile, tum ex claritate, tum ex irradiatione mutua immutatur, formam quandam ex re obiecta apprehendit, et immediate se coniungens cum oculo formam que in ipso resultat in organo visus propter irradiationem immediatam mutuam imprimit et relinquit. Et sic secundum hos visus mediante aere perficitur. Et huic simile videtur, scilicet quod aer qui est iuxta rem videndam ab eius proprietatibus immutatur a primo, et sic deinceps donec veniat ad aerem oculos precedentem ac speciei invisibiliter immutatur. Quia forsitan species visibiles usque ad extremas partes oculorum veniens aeri ut dictum est immutato adiungitur et quasi unum cum uno efficitur, et ideo omnem formam et proprietatem sensibilem que ex varietate colorum sua subtilitate sibi incorporavit in ipso oculo variarum formarum suscepto applicat et coniungit. Aer enim ex varietate formarum obiectarum facile immutatur. Sic videmus quod ex obiectione panni rubei ad solis radium aerem vicinum rubeum ut ex opposito appareat rubea. Unde non est mirum si oculus sic immediate coniunctum eadem qualitate immutatur. Et hanc opinionem videtur approbare Constantinus in Pantegni libro iii capitulo xi. Singulas oppiniones amplecti minime quantum ad proprietatum tractatum spectat. Hoc solum scire sufficiat quod sensus visus non accipitur ut dicit Ysidorus. Est enim claritate sublimior, et ideo in comparatione ceterorum sensuum situ est superior. Et in effectu potentior, quia cum alii sensus propinqua, hic sua vi remotissima apprehendit. Item hic sensus cum igne qui omnibus inclinans corporibus subtilior est maxime convenit, et ideo perfectis actionibus sensuum visibus humanis magis construit. Unde propter suam nobilitatem natura summa et precipua nobilissima organa duo sibi deputavit. Duo quidem ut uno deficiente habito altero defectum suppleat. Unde secundum dispositionem oculorum meliorem virtus visiva actum exercet fortiorem. Unde dicit Aristoteles quod visus bonus est et acutus ex humore temperato in quantitate, et ideo dicit quod visus senum non est acutus cum eorum cutis sit rugosa

et ideo subtilius ingeniata est natura in quibusdam animalibus et volucribus. Unde autem oculorum per vetustatem contracta, quoniam nec in subiectu oculorum vetustate disponuntur, visus spiritus visibilis in eis fortior operatur. Et ex quo patet quod ad perfectionem visus exigitur bonitas organi et perfecta dispositio medii et proportio obiecti. Nam secundum istorum trium variatas passiones vario modo sensus visus in suo leditur effectu et impeditur, sicut inferius dicetur, quando de oculis et eorum proprietatibus suis accidentibus tractabitur.

Virtus audibilis in organis aurium suum

De sensu et virtute auditus.

sortitur effectum. Est autem auditus sensus proprie sonorum perceptivus. Ad quorum perfectionem multa sunt necessaria, scilicet causa efficiens, instrumentum sive organum conveniens, exterioris cohoperatio et anime circa auditum percipiendum attentio. Causa efficiens est virtus animalis audibilis. Instrumentum vero eius est quoddam os petrosum auribus suppositum, quod quidem est concavum et siccum, tortuosum et durum. Concavum siquidem est organum auditus, ut in sua concavitate spiritum et aerem contineat. Tortuosum, ne subito insoluta et vehementi allisione natura spiritum audibilem ledat, et ita tortuositate istius auditus sonus temperatius recipitur, et sic operatio eius perfectius completur. Durum siquidem est et siccum, ut sic in eo melius allisio, et sic sonus fiet vehementior, sicut patet in tympanis, quod melius resonant in borealibus constitutionibus quam in australibus, ut dicit Constantinus. Exterioris cohoperatio fuit necessaria, ut aer scilicet repercutiatur et repercussus subintret foramina aurium et allidat os petrosum, quod primum est auditus instrumentum. Anime attentio est necessaria, quia anima circa diversa sollicitata minus viget ad perfectionem actionis virtutis audibilis, sicut videmus in pluribus a multis undique circumdatis, quod fere nihil audiunt. Et hoc fit quia anima ad singula non potest suam habere actionem, et ideo quasi nihil percipit auditu. Fit autem auditus hoc modo. Duo nervi a parte anteriori cerebri exeuntes in ossibus petrosis aurium infiguntur, per quos spiritus animalis ad ossa predicta defertur, ad que exterior aer formam alicuius soni referens immediate contingit. Unde aer ossa illa allidit, spiritus in eis existens secundum proprietatem aeris allidentis immutatur. Spiritus vero sic immutatus recurrens ad fantasticam cellulam suam immutatione anime representat, et sic auditus perficitur. Patet ergo quod auditus mediante aere eo quod per aerem repercussum sepe hic gnari. Ideo est quod natura posuit sensum in medio rotunditatis capitis, ut dicit Constantinus, quia auditus circulariter et non directe formam aeris concipit quam passus apprehendit. Hic est sensus sicut et ceteri in mediis delectatur, scilicet in armonica proportione et in musicis instrumentis. In extremis vero corrumpitur et contristatur. Unde dicuntur aliqui in terra incolas terre orientalis auditu penitus esse privatos propter horrendum fragorem et strepitum quem idem fluvius de saxo montium corruens in eorum auribus incutere consuevit. Hic et sensus sicut et ceteri multis subiacet passionibus, quia quandoque totaliter aufertur, et tunc surditas vocatur. Quandoque minoratur, et tunc gravitas auditus vocatur. Quandoque est sine suo egreditur. Causa autem passionis huius quandoque est ex parte cerebri sive ipsius nervi, qui est via auditus, et hoc quia vel oppilatur vel aliquo morbo officiali aggravatur. Item ex parte ipsarum aurium, que quandoque a diversis humoribus corrumpuntur, quandoque putrefactionibus in earum concavitatibus coadunatis, quandoque lapides vel alia que aeris transitum ad spiritum audibilem impediunt, vitiantur. Quandoque ex titillatione et corruptione verminum subintrantium vermium audibiles molestantur. Quandoque ab aere corrupto calido vel frigido instrumentum auditus destituitur. Ex quibus omnibus actiones virtutis audibilis leduntur vel penitus auferuntur, sicut inferius de istis sensibus dicetur.

Odoratus est sensus proprie odorum perceptivus.

De virtute et sensu odoratus.

Ad quorum perfectionem exigitur spiritus animalis tamquam causa efficiens. Exigitur etiam instrumentum conveniens, scilicet narium perfecta dispositio, in quibus sunt due carunculae ad modum mamillarum dependentes, que tamquam propria instrumenta odoratus spiritum animalem sunt recipientes. Nares enim non sunt proprie proprium instrumentum odoratus, quod propter cartilaginositatem sunt insensibiles. Eis enim abscisis homo non depravatur odoratu. Sicut et nos per fetida loca transeuntes, si spiritum suum flatum suspenderimus, aere fetidum quamvis nares subintret non sentimus. Et hoc quia ille carunculae sunt opilate et quasi quodam voluntario motu abstricte. Sunt autem hec carunculae concave et spongiose. Concave, ut in sua concavitate fumositatem aeris odoriferi suscipiant resolutam. Spongiose, ut in eis vigeat virtus attractiva. Unde necessaria est exteriorum cohoperatio, ut scilicet aer secundum fumositatem aeris odoriferi resoluta immutetur et ipsis carunculis incorporetur. Unde sic habet fieri odoratus: spiritus animalis per quosdam nervos qui dicuntur odorabiles ad predictas carunculas transmittitur. Fumus autem eorum odoriferis resolutus aeri admiscetur, quem cerebrum vertex per illas duas carunculas quasi attrahit et in suam naturam mutat et convertit. Et sic per illam immutationem spiritus animalis fit odoris discretio perficiatur. Odoratus autem ad fumosam spectat naturam, sicut naribus per eadem fit habet. Odor autem medius aer est quasi aerea sive fumosa substantia per calorem actionem resoluta. Hic autem aere tamquam sensus necessarius attrahitur cerebrum, sicut eo anhelitu et hoc aeris attractu anhelitum mitigat. Hic et sensus in suo effectu sepe impeditur. Quandoque propter malam cerebri complexionem. Quandoque propter corruptorum humorum in nimis odorabilibus nimis repletionem, ut patet in patientibus catarrum. Quandoque propter pravam istorum obstructionem dispositionem, quando scilicet nimis delectatur vel nimis constringitur. Quandoque ex carnis superexcrescentis oppilatione, ut patet in polipposis. Quandoque propter apostematis sive cuiusque humoris corrupti infectionem. Et huiusmodi et multis aliis modis contingit sensum odoratus vel ex toto auferri vel impediri. Hic sensus propter suam subtilitatem quam bene disponit virtutem animalem confortat, et a fumosa superfluitate per sua emunctoria evacuat, et econverso. Quandoque odoratus aliqua fumositate corrupta inficitur, virtus animalis aggravatur, et in suis actionibus non modice debilitatur.

De gustu.

Gustus est sensus proprie humorum perceptivus, ad quorum perfectionem exigitur spiritus animalis, sicut et in aliis. Instrumentum illius sensus proprie est lingua, que est concava, porosa, humida et insipida. Concava, ut in sua concavitate humiditatem aeris gustabilis resolutam susciperet. Porosa, ut quod esset grossum et subtile de re gustanda subintraret. Et ut virtus attractiva plus in ea vigeret. Et humida est, ut cohoperet ad acceptorum dissolutionem, ut si res aliqua sicca gustui apponeretur eius humiditate mitigaretur. Insipida, ut cuiuslibet rei saporem cito perciperet, vel ut saporibus consimilibus sapores immutari valeret. Si enim aliquem determinatum et diffinitum haberet saporem, sapor cuiuslibet rei sapori lingue similis videretur. Fit autem gustus hoc modo. Duo nervi in medio infiguntur, qui postmodum in multos ramos in extremitatibus lateralibus lingue dispertiuntur, et per eos spiritus animalis ad linguam defertur. Et res gustanda subintrans linguam vel poros nervorum spiritum animalem in certum immutant secundum eius proprietates, et per modum anime representat. Gustus quidem tactu grossior dicitur, quo odoratus fuit subtilior, quia eo convenit quod odoratus natura est fumosa, gustus sensibilitas humecta est et aquosa, ut dicit Constantinus. Hic sensus animalis est utilis ad ipsius individui conservationem. Gustu enim corrupto vel penitus ablato, vis nutritiva deficit, et sic animal paulatim perit. Gustus autem corrumpitur vel quando sua instrumenta leduntur, vel quando corrupti humores in ipsis dominantur. Et hoc fit quando sunt in saporata, vel quando saporata est propria qualitate non apprehenditur. Et hoc accidit quando singularis humor in lingua dominatur. Ubi quando sanguis predominatur, colera rubea omnia sentit amara, in salsum flegma sentit salsa, et sic de aliis, ut patet in febricitantibus, in quibus hec accidentia inficit humores gustum corrumpunt. Quandoque ledit gustus pravitatem rei quam gustat, ut patet in nimis amaris, que horrore gustus aspernatur. Delectatur autem gustus plurimum in dulcibus, quia dulcedo que fundatur super calidum et humidum similis est omnibus membris, et ideo cum dulci nutriuntur vel superius vel converte, sic in libro de sensu et sensato dicitur.

De tactu.

Tactus est sensus tangibilium specierum susceptivus. Virtute enim tactus anima apprehendit calidum, frigidum, et siccum, grave et leve, molle et durum, vel secundum Avicennam. Tactus est virtus ordinata in nervis totius corporis ad apprehendendum illud quod tangitur. Hic autem sensus fit in omnibus partibus corporis, precipue tamen in volis manuum et plantis pedum fieri perhibetur, quas natura temperatas hac ratione composuit, ut calida et frigida facilius perciperent. Sunt autem hee partes concave et nervose et

temperate. Econtrario vero in suis extremitatibus tangenda melius percipiantur, nam in nocivo (?) vero iungeat sensibilitas, quia omne nocivum sensibile temperate, ut aqua re intemperata, facilius immutetur. Sensatum ergo sensus tactus dicitur proprie compositio (?) prima qualitatum et eorum consequentia, ut asperum, lene, durum, molle. In horum extremitatibus sensus tactus leditur, ut patet in nimis calido et nimis frigido. In mediis autem delectatur, ut patet in tepido. Medium in sensu sic tangenda tangit (?), sed (?) tamen exigitur, scilicet cum efficies (?) et hec est ductio spiritus animalis ad istud tactus. Secundum est instrumentum quiescens et hoc est duplex: nervi de cerebello egredientes singulis membris sensum tactus offerentes. Secundum instrumentum est caro. Caro est ut dicit Aristoteles medium vel organum, quia sicut species colorati per aerem defertur ad pupillam oculi, sic species calidi vel alterius tangibilis per carnem mediam inuo tangibili ipso mittitur et primo ad nervum transfertur. Tertium est contactio compositio (?) que necessaria est, ut res tangenda rei tangenti appropinquet. Et est appreciatio spiritus animalis in extremitates immutetur et immutatam proprietatem rei tacte anime representat. Et sic fit tactus sensus in sua actione completus. Et sic dicit Constantinus omnes alii sensus preter tactum membrum habent sue actionis determinatum. Solus autem tactus est in membris totius corporis, exceptis unguibus et pilis, que quidem sensum non habuerunt, quia nervis carent. Hic autem sensus scilicet tactus ceteris sensibus magis est terrestris et grossus, et ideo aspera et dura et alias terre passiones apprehendit. Item est alius sensus scilicet visus, olfactus et auditus sint habent alio mediante, gustus vero nullo mediante, quia res gustanda nullo medio lingue coniungitur. Solus tactus hic habet medium, ut putatur, quod alii mediante, nullo alio mediante aliquando, ut baculo percipitur. Et sic dicit Aristoteles hii duo sensus, scilicet tactus et gustus, communiores sunt et communiter sunt de esse animalis, et ideo perfectius et expressius de sensibus iudicant sensatis. Unde generalior sensus est tactus ceteris, et adesse corporis utilior, quia ceteri sensus sine tactu esse non possunt, sed tactus bene est possibile esse sine illis. Unde est membrum nullum habet unum vel sensum et motum habet voluntarium, sicut in anatomia constatum (?) reperitur. Leditur autem sensus iste sicut et fortiores vel quando totus aufertur unus sensus et voluntarius motus amittitur, et hoc contingit in manibus et pedibus et contractorum sive paraliticorum. Item quando minoratur, sicut quando membrum aliquod obdormire dicitur, scilicet quando propter aliquam oppilationem vel membri constrictionem spiritus sensibilis libere pervenire non potest. Leditur etiam animalia cerebri opilatione, ut patet in epilenticis. Sepe enim patitur ab extrinseca aeris immutatione sive aque et caloris corporis (?) tensione. Sepe est ex discontinuatione partium membro dolor generatur. Non quando membrum mortificatur, sensu tangibili omnino privatur. Dolor enim est sensus rei nocive. Tactus autem plus sensibus patitur, quanto profundius in nimis sensibilibus aggravatur. Unde est sensatum, ut dicit philosophus, immutationem facit in organo sui sensus. Unde cum dolor ipsius tactus videatur esse sensatum, non immutato in ipso sensu tangibili non modicam facit immutationem. Propter plures immutationes faciunt sensata tactus quam aliorum sensuum, et hoc forsan quia tactus spissior et grossior est ceteris sensibus, et ideo fortius retinet impressionem quiescentis et moventis. Vel forsitan quia tactus est sensus universalis, vel etiam quia magis attingit esse rei et magis est retinens sua impressione aliis sensibus. Unde ad corruptionem vel destructionem tactus sequitur destructio animalis totius, quod patet, quia alii sensus per excellentiam suorum sensatorum subiectum animalis non corrumpunt. Et hoc forsan est propter passionem qualitatis rei tangibilis que magis adheret subiecto animalis. Unde videmus quod nimis frigidum vel nimis opacum corrumpit visum propter sui substantiam constrictionem vel disgregationem facta in oculo visus, veruntamen propter hoc corrumpitur virtutis visibilis, alie passiones animalis non destruuntur. Secus est autem in sensu tactus, quia destructo omnes alii sensus annichilantur. Ex predictis patet ergo quod unumquodque sensui et sensatum equalitate et proportione convenit esse adimpletum. Unde est proportionalis mixtura sinphonia est et equalitas et tempera, ut dicit in libro De anima. Ex quo patet generaliter quod sensus corrumpit assensatum (?) extremis tangit assensus, quia si ... corrumpit sensum, ut dicit philosophus. In suis autem mediis perficitur et delectatur. Item est unicuique sensui alius singularis et proprius habent sensatum, scilicet quod sic cadit in uno sensu quod non in alio, sicut color in visu, sapor in gustu, et

sed de aliis solus tactus est quantum in omnibus organis aliorum sensuum suas imprimit passiones, nichilominus tamen alii sensus percellentes (?) in aliquo communi sensato conveniunt, sicut patet in motu et quiete et numero et magnitudine, et hoc quod nec visu et tactu nec gustu et auditu communiter percipitur. Est tamen regulare quod omne sensatum proprium preter et prius in apparatum sensuum immutat, et ideo forsan dicit philosophus quod in propriis sensatis non contingit sensum errare. Sepe est sensus propter obiectorum vel quia est parvum huiusmodi defectum. Contingit tamen sensum errare quoniam vel propter nimiam distantiam, ut patet in visu, quod quanto magis iudicat parvum et baculum integrum in aqua fractum, quoniam et propter aliqua accidentia contingit sensum errare, quia sicut dicit Aristoteles hii ut sepe faciunt fantasiam mentiri. Comune ergo est et generale quod omnes sensus exteriores a sensu interiori velud a centro, tamquam linee quedam particulares exeunt, et licet varias eorum passiones, sensum sensibilia percipiunt et singulorum sensatorum similitudines ad sensum communem reducunt, quo mediante de singulorum proprietatibus et differentiis que eorum actioni congruit, iudicant et discernunt, et hec de proprietatibus virtutis et sensuum ad presens dicta sufficiant.

De spiritibus

ad custodiam nostram nudo occupatum. sic omnium oblitus sit. et in solo intendere velit. Semper se presentem exhibet. semper se paratum offert. si me paratum invenerit. Quocumque me verto non deserit. nisi ego eum prior deseram. Ubique fueto non recedet a me. quoniam ubique est. Quocumque ierit invenio eum. Cui quod possum esse quicquid facio presens assistit. ut potest perpetuus inspector omnium cogitationum. intentionum et actionum mearum. Cum enim hoc diligenter considero. timore pariter et rubore confundor. quod illum michi ubique presentem. et omnia occulta videntem intueor. Multa enim sunt intus de quibus coram oculis eius erubesco. et per que valde ei displicere timeo. Nec pluribus omnibus que illi repedam. hec. nec tamen non diligam. non enim melius nec decentius quam predilectorem repedi potest. quod predilectore datum est. Hic potest me dixisse videor. sin non forte potest in litatem nec et huius quod mecum sentit. quod ego sentio. Quod anima est vita corporis et ex corpore mors est anime et quomodo altrinsecus tenseat in nisi certis.

Anima presentia sua corpus vivificat. et sic colligatum est ei. ut cum velit se inde segregare non possit. ideo retinere est iussione creatoris audicitur. Juncta sigillo anime consistit vita corporis. et de morte corporis discedit mors anime. Hinc est anima vitam suam facit carnem vivere. et de forma ne sue iungat animando. sic caro per corruptelam sue mortem. anima sic cupiditatibus illicitis alligavit. occidit et cum altera ne videat alterius transit utraque in tuctatis nostre. id est anima carnis in spiritualem. anima virtutibus si presset. anima anima carnalem vicere eius efficitur. Anima tamen de morte nichil habet potest. nisi preventa ei fuit separatum. Itaque caro ad vitam retinere potest. nisi ab anima fuit inrogatum. et alia talis nature transire potest. nisi vivis anima infecta anima virtutibus deserta fuerit. Hoc insignita est anima quod artibus docetur eruditus ut divina sapiat et humana teneret atque sic cetera animalia docentem excellat ut potest substantia rationis id est spiritualis.

Quod anima est immortalis. unde ipsa est dei filii. et tamen aliquando mortalis. Immortalis est anima ne a sui creatoris filie discipline videatur. Solo enim potuit esse ymago et filii dei. si mortis termino clauderetur. Secundum quendam modum vite quem nullomodo amittere potest immortalis est. Secundum vero quendam mutabilitatem quod potest vel melior vel deterior fieri. mortalis est. et sic mortalis est enim beate vive potest. scilicet in mortem amittere non possit. Respectu vero dei corporea est. Illic enim incorporeum nostram credendum est. potest solum deum preter et filium et spiritum sanctum quod ex eo incorpore et invisibilis dicitur. quod infinitum et circumscriptus est. Unde per omnibus mortis sufficies scriptum et idipsum et ubique sit in seipso invisibilis et incorporeus esse dignoscitur. Omnis vero rationalis creatura est corporea. angeli et omnes virtutes corporee. si scilicet non carne subsistunt. Ex eo intellectuales naturas corporeas esse dicimus. quod loco circumscribuntur. sic anima humana que carne clauditur. Que ideo esse in loco et localis dicitur potest. quia cum tota loco est in alio non est. localis vero. quia cum alicubi est tota alibi presens non esse. Non tamen habet corporalem dimensionem. ut corporale est circumscriptum. quoniam corporalis quantitas expers est. Sed quia per presentiam et operationem sui opposite in loco concluditur localis et ipsa dicitur. Veruntamen non sic corpus est in loco assignatur principium et medium et finis. Respectu incorporee nature quod sumere in commutabilis ubique est. corporea est anima. quoniam tale quid non est ipsa. Nec tamen per longum spatium transfunditur vel movetur. ut maiore sui parte maiorem occupet locum. et minorem breviore. minorque sit in parte quam in toto. Per omnes siquidem corporis particulas tota simul adest. nec maior in maioribus. nec in minoribus minor. Sed alicubi intensius alicubi remissius. sed in omnibus tota est. Sicut enim deus ubique est totus in toto mundo. et in tota creatura sua. sic anima ubique est in toto corpore suo tamquam in mundo suo. intensius tamen in corde. quemadmodum deus dicitur principaliter esse in celo.

Quod anima est incorporea quia tota ubique in corpore et tota agit in omnibus sensibus et

In sensibilibus corpore est anima. in omnibus viribus suis. et quoniam tota agit ipsa est sine

Sic enim visibile esse corpore esse. palpabilis esse. et partes habere. nec simul aliud tota in uno loco esse posse. Similiter est corpore. anima simul tangi potest totum enim quoniam simul totum tangere potest anima vero in quibus eque sensibus motibus vel actibus tota simul adest. tota videt et tota visorum meminit. tota audit et tota sono

renuntiatur. tota odorat et tota odores recolit. tota pliguam et palatum sentit et discernit. tota tangit dura et mollia. tota simul approbat vel improbat. Calida vel frigida summo digito tota discernit. tota est visus. tota est auditus. tota meminit. et est tota meminit. tota est memoria. et est vult. tota est voluntas. est tota cogitat. tota est cogitatio. est tota diligit. tota est dilectio. Potest namque ex parte cogitare et ex parte diligere

Quod anima variis affectionibus excercetur ad virtutes et que sint proprietates singularum

Habet anima affectiones quibus exercetur ad virtutes. virtutum cardinalium

Dolor namque de peccatis. et timor de suppliciis. Desiderium de premiis et gaudium de premiis quodammodo exercitata sunt virtutes. Hec virtutes quibus instruitur et amatur christiana vita. Prudentia namque scit quid debeat facere. Temperantia habet contra presentia. fortitudo contra adversa. Justitia quod scit quod eque debeat reddere. Prudentia est scire quid possit. fortitudo facere quod possit. temperantia presumere quod non possit. Justitia non velle plus quam possit. Prudentia est in eligendis. temperantia in utendis. fortitudo in tolerandis. Justitia in distribuendis. Prudentia est nichil preter eundum appetere. et nichil preter iustum velle vel facere. Temperantia est nichil preter tempora tamen et quecumque agimus vel cogitamus ad deum omnino dirigere. Fortitudo est terrenas cupiditates non solum reprimere. sed et penitus oblivisci. Justitia est omne animi cogitationes ad solum deum erigere. cumque tamquam nichil alium sit solamentis anime intueri. Hec anima sacramentales virtutes quibus initiatur id est fidem. spem. sacramentum baptismi. confirmationis. unctionis. quibus deo consecratur. Hec virtutes quibus perficitur et quibus deo coniungitur. ut est humilitas. puritas. et caritas. humilitas deo subicit eam. puritas iungit. et caritas unit. Hec quod anima vires quibus corpori coniungitur. Quarum prima est naturalis. secunda vitalis. tertia animalis. Et sicut ether et universus et vertices et peccata omnia tenet. omnia implet. omnia sustinet. omnia superexcellit. omnia complectitur. sic anima huius tribus viribus per totum corpus diffundit. non localis distinctione sive distensione. sed vitali intentione. Naturalis vero operatur in epate sanguinem et alios quosque humores quos per venas ad omnia corporis membra transmittit. ut inde augeatur et nutriatur. Vis ista quod faria est. Quod inde namque in appetitivam. retentivam. et distributivam. Appetitiva quod necessaria sunt corpori. appetit. retentiva. supra retinet. donec ex illis vera digestio fiat. expulsiva nociva et superflua expellit. distributiva bonorum aborum humores omnibus membris distribuit prout cuique expedit.

Vis vitalis

Vis vitalis est in corde. quod ad temperandum fervorem cordis aerem attrahendo atque reddendo vitam et salutem toti corpori tribuit. aere namque puro sanguinem purificat. et per totum corpus impellit per venas. que arterie vocantur. quarum motu temperantia vel distemperantia corporis phisici considerant.

Vis animalis

Vis animalis est in cerebro. et inde ugentem facit. id est sensus corporis. unde et quoque vocem edere. membra movere. Tres namque ventriculi sunt. unus anterior a quo omnis sensus. et alter posterior a quo omnis motus. tertius inter utrumque medius id est rationalis sensus corporis. sic sunt que est in corpore subtilissimus et obliquus ille anime et visionis que cetera. Lux primum per oculos ipsum diffidit emmittens in radius oculorum ad visibilia intuenda. Deinde mixta quodammodo primo cum aere puro celestis. est aere caliginoso atque nebuloso celestis. est corpulentiore humore carnis. est terra consimilitudine carnis sensus. est ipso sensu oculorum perficit. ut ipsa excellat. Iste sensus quia in sola facie plantatus. ideo sepe arbitri quoniam in facie insufflavit deus homini spiraculum vite est factus est in animam viventem. Anterior quoque pars. exterior nutriens sponte. quia iste ducit illa sequitur. ab illa motus. sic consilium precedit actionem. Iste vires tam anime quam corporis dici posse. quia ab anima in corpore fiunt. nec sine utroque fieri posse.

Vis fantastica

In prima parte cerebri vis animalis vocatur fantastica. id est ymaginaria. quia in ea corporalium rerum similitudines et ymagines continentur. unde et fantasia dicitur. In media parte cerebri vocatur rationalis. quia examinat ibi et diiudicat ea que per ymaginationes representantur. In ultima parte vocatur

Sic corpora cit

rationalis

et imo tum
·n·

expulsiva

pulsatiles

memorialis · que in continuo [?] mentium voce indicata · **quod anima patitur**

Aliud est itaque in nobis quod corporum sentimus **a fantasiis et agitur in sompnis**
quod · v · corporis sensibus facimus · et quae nec corpora nec corporum similitudines conspicimus · sed illas res quae non habent ymagines sui similes · sicut est deus · et ipsa mens rationalis vel intellectualis vel animus · sicut et virtutes · prudentia · iusticia · caritas · castitas · pietas · et queque alie sunt · quas intelligendo vel cogitando enumeramus · discernimus · diffinimus · Porro anima non est corporea · quamvis non omnis similitudo corporis corpus est · Dormientis est · et in sompnis tibi silia corporea apparebunt · nec id corpus tuum · sed anima tua · nec vero corpus sed similitudo corporis tui · Iacebit enim corpus tuum et ambulabit ipsa · Tacebit lingua corporis tui · loquetur ipsa · Clausi erunt oculi tui · videbit illa · et ita erit tota et integra in similitudine carnis tue · In hac similitudine que per loca cognita vel incognita discurrit · consistit leta vel tristia · anima autem mortui · sicut dormientis · in ipsa similitudine corporis sui sentit siue mala siue bona · non sunt tamen corporalia · sed corporibus similia · quibus anime corporibus exute assistunt siue bone siue male · cum et ipse corporibus similes sibimet appareant · sunt tamen vera leticia et vera tristicia facta de substantia spirituali · Certum nempe est · quoniam spiritualis natura in nobis esse ubi corporalium rerum similitudines · aut formantur aut formate ingeruntur · siue cum presentia aliqua corporis sensu tangimus · et continuo eorum similitudo in spiritu formatur · et in memoria reconditur · siue cum absentia nota · vel que non novimus cogitamus · ubi ita formetur quoniam spiritualis intellectus · Innumerabilia quae pro arbitrio vel opinatione fingimus · que vel non sunt · vel esse nescimus · Innumerabiles quoque et alie forme rerum in animo nostro versantur · vel cum animo facimus · vel faciamus siue modo aliquo spiritu rapiente tollitur anima in huiusmodi videndo siue bona siue mala assumuntur · Summa quoque intentione cogitationis · vel aliquo vi morbi ut freneticis per febrem accidere solet · siue commixtione cum alio spiritu · siue boni siue mali · ita corporalium rerum ymagines in spiritu exprimuntur · tamquam corporis · ipsi corporis sensibus presententur · ut absentia tamquam presentia adesse videantur · et quod non sunt tamquam presentialiter assint · Dormientibus quoque vera vel nichil vel aliquid significantia · Unde sepe ymagines rerum corporalium · tanta expressione illis presentantur in sompnis · tamquam ipsa corpora presententur vigilantibus · ubi et tunc si omnes dormientium et veram commixtionem vigilantium non discernat · sed continuo eius caro moveatur contra propositum sui · vel contra licitos mores concubere videatur · et quod naturaliter collectum est · per genitales vias emittat · Hunc modum casti vigilantes cohibent · et refrenant · Dormientes ideo non possunt · quia in ipso non habent ymagines corporalium expressione · quas caro naturaliter movetur et sequitur quod per motum sequi solet · et quod sine peccato a vigilantibus fieri non potest · Sic etiam in spiritu corporalium rerum ymagines apparent et multa pro arbitrio fingit · vel preter arbitrium demonstrat · Ipsa namque anima quia per corpus non permittit alia corporalia sentire · vel ad corporalia vim sue intentionis dirigere corpore sopito spiritu [?] similitudines · aut ipsa agit sicut et ymagines corporum cogitando ex seipsa versare assolet · aut oblatas intuetur · et ad eas videndas aliquo spiritu assumuntur · **Quid sit anima et unde fit cum non fit · et quod nec corpus amiserit et · Et quid spiritus visione et quomodo angeli imprimunt in nas [?] · et de revelatione in sompnis ·**

Anima est substantia spiritualis · simplex · et indissolubilis · in corpore passibilis · atque mutabilis · Carens pondere · figura · et colore · Non est concedenda pars sed creatura dei · Nec quod de substantia dei · vel de aliquo elementorum materia · sed ex nichilo est creata · Si enim ex semetipso deus eam fecisset · neque quod [?] volutatem aut mutari vel missa esset · Sicut autem ex celis facta sunt corpora · est sic in corpore · id est · igitur hominis originem · initium habet · finem non habet · et est sic spiritualis natura · nichil habet mixtum concretumque terreni · nichil humidum · aereum · vel igneum · nullum habet colorem · nullo loco continetur · nullis membris circumscribitur · nullo spatio finitur · sed ita est · cogitanda · et intelligenda · sicut sapientia · iusticia · et cetere virtutes · ab omnipotente create · Illa anima invisibilis est · et invisibiliter in corpore manet · et de corpore invisibiliter egreditur · Per corpus corpora videt · sicut celum et terram · et que in eis conspicua sunt · Oculis mentis spiritum · et corporum similitudines intuetur · Deum [?] enim corpus non est · et tamen animo est · in a recte · spiritus dicitur · Secundo quod animae electa et spirituali imprimitur in anima · ubi mare corporum expressas quasdam rerum similitudines in spiritu videat · Sed et intellecta ea · que nec corpora · nec corporum formas habent conspicit · sicut est iusticia · sapientia · velud ipsa mens · et omnis anime affectio bona · Ista tria genera visionum manifesta sunt · Primum corporale · quo per corporis sensus corpora sentiuntur · Secundum spirituale · quo corporum similitudines spiritu non mente cernuntur · Tertium intellectuale · quo ille res · que nec corpora · nec corporum formas habent conspiciuntur · Intellectuali visione nunquam fallitur anima · In corporali vero fallitur cum in ipsis corporibus fieri putat · quod fit in corporis sensibus · Sic navigantibus mare videtur terra moveri que stat · et intuentibus celum sydera stare que moventur · et divaricatis radiis oculorum · res una duas formas habere videtur · et unus homo duo capita · et in aqua remus videtur fractus · et multa huiusmodi · In visione spirituali anima fallitur · et illuditur · quoniam ea que videt · aliquando vera · aliquando falsa · aliquando perturbata · aliquando tranquilla sunt · Ipsa autem vera · aliquando futuris omnino similia · vel aperte dicta · aliquando obscuris significationibus · et figuratis locutionibus prenuntiata · In extasi vero · quando ab omnibus corporis sensibus alienatur et avertitur anima · amplius quam in sompno · sed minus quam in morte fallitur · sed ipsa mente divinitus adiuta · vel aliquo visa exponente · sicut in apocalypsi Iohanni exponebatur magna revelatione · Cum enim bono spiritu assumitur anima falli non potest · quia sancti angeli miris modis visa sua facilitate · quadam hac in potenti unitione · vel coniunctione nostra esse faciunt · et suam visionem quodam ineffabili modo in spiritu nostro formant · Ipsi siquidem hiis corporalibus indicandis · vel ministrandis presunt · et eorum significativas similitudines ita discernunt · et tanta potestate quodammodo tractant · ut eas possint hominum spiritibus revelando miscere · Sic enim quod angelus domini apparuit in sompnis Ioseph dicens · Noli timere accipere mariam coniugem tuam · Et iterum · Tolle puerum et matrem eius · et fuge in egyptum · Deus autem per prophetam dicit · Effundam de spiritu meo super omnem carnem · et iuvenes vestri visiones videbunt · et senes sompnia sompniabunt · Sunt alia visa usitata · et humana · que et ex ipso spiritu nostro existunt · vel ex corpore spiritui nostro · quodammodo suggeruntur · sicut sunt affecti a carne · vel animo · Non enim solum vigilantes homines · curas suas cogitando versant in similitudinibus corporum · verum et dormientes hi sompniant · quibus indigent · Illa et negotia sua gerunt ex animi cupiditate · et epulis poculisque inhiant · inhiat · si forte esurientes sitientesque vigilantibus · et quadam occulto instinctu ingestas esse cogitationes quas divinaret novimus · sicut cayphas pontifex prophetavit · cum eius intentio vellet prophetandi non haberet · Multa videt anima · et eadem est una visionum siue in vigilantibus · siue in dormientibus · siue in egrotantibus · quoniam non ex alio genere sunt que videt · quam ex nostra spiritus · in quo sunt similitudines corporum · Obturatas namque habent vias sentiendi · ut non videant · que vigilantes videt · Visa siquidem freneticorum similia sunt visis sompniantium · visa et sompniantium similia cogitationibus vigilantium · Dormientibus quippe in cerebro consopitur via sentiendi · que intentionem ad oculos ducit · Ideoque ipsa intentio in aliud aversa cernit visa sompniorum · tamquam species corporales assint · ut in dormiens vigilare videtur · Ego autem multo amplius admiror · et vehementius stupeo · quanta celeritate in se anima facilitateque fabricet ymagines corporum · et que per corporis oculos videt · ut freneticorum · vel sompniantium · vel in extasi visiones · quaeque tamen illa nostra visorum est · et procul dubio corpus non est · nec enim corpus visa illas ymagines in spiritu faciunt · nec eadem vim habent · ut aliquid spirituale formet · sed ipse spiritus in seipso celeritate mirabili · ut potente spirituali intellectuali et rationali · **De v generibus sompniorum secundum macrobium**

Omnium que sibi videntur dormientes videre · v genera sunt · videlicet oraculum · visio · sompnium · fantasma · Oraculum est · cum in sompnis apparens aliqua gravis persona siue sacerdos · vel etiam deus eventura quod aperte · vel non eventura faciendum vel vitandum denuntiat · Visio est cum id quis videt quod eodem

nisi quod appareat evenire. Somnium figuris est tectum, et sine interpretatione intelligi non potest. Somnium est cum quis quod vigilans fatigaverat agens, se dormientibus, sicut est cibus vel potus, vel aliqua studia vel ars vel infirmitas. Sunt namque studia quae quis exercuit somniat, et sollicitarum artium simulacra et ipsa animi apparent. Iuxta etiam diversitates infirmitatum diversa accidunt somnia. Et secundum mores et humorum varietates: isti nigra, illi alba. Fantasma est cum quis vix dormire quis cepit et adhuc vigilare se existimat, aspicere aliquem spiritum vel aliquas personas, se graviter opprimentes. Quod quidem nil aliud est nisi quaedam fumositas a stomacho vel a corde ad cerebrum ascendens, et ita vim animalem vehementer comprimens.

Dicitur et humana opinio quod quadam **Quod homines vertuntur in bestiales figuras** arte mulierum et potestate demonum homines converti possunt in lupos et iumenta, et quaeque sunt necessaria portare possunt, et peracta opera iterum ad se redire. Nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem humanamque servari. Hoc sic intelligendum est, quod demones naturas non creant nec mutant, sed ad tale facere possunt ut videatur esse quod non est. Nulla enim arte vel potentia animus nec corpus in membra et lineamenta bestialia converti valet potest. Sed fantasticum quod hominis cogitando sive somniando per rerum innumerabilium genera variatur, et cum corpus non sit, corporum formas mira celeritate capit, sopitis autem oppressisque corporeis hominis sensibus ad aliorum sensum figurata corporea duci potest. Ita tamen quod corpora ipsa hominum alicubi iaceant viventia quidem, sed multo gravius atque expressius quam somno suis sensibus obseratis. Fantasticum autem illud veluti corporatum in alicuius animalis vel ymagine aliorum sensibus appareat, taleque sibi videatur homo quale sibi videri posset et in somnis portare onera; quae si vera sunt corpora portantur a demonibus ut illudant hominibus, partim vera [?] partim falsa iumentorum cernentibus.

Quod bonus spiritus atque malus assistunt animae hominis et implent assistentes non ingredientes, quia sola trinitas vere ingreditur hominis

Humanum spiritum alius bonus angelus, alius malus assistit, **mentem et implet**. Nec facile discerni potest a quo spiritu afflatur, nisi quia bonus instruit et malus fallit. Fallit autem saepe in manifestis bonis, ut cum sibi creditum fuerit, ad sua seducat. Sic plerumque humanum spiritum rapit, ut quaedam occulta mixta [?] qui idem spiritus esse videatur, et spiritus patientis et spiritus vexantis, ut in demoniacis videmus. Mentem tamen hominis, id est mentem, nulla creatura secundum substantiam implere potest, nisi sola trinitas. Implere autem dicitur sathanas mentem alicuius et principale cordis, non ingrediens quidem in eum et in sensum eius, sed fraude et iniquitate atque omni malitia illum alliciens atque seducens affectu malicie, trahit per cogitationes et incentiva viciorum quibus ipse plenus est. Nec potestate fallax, neque fraudulentiae deceptor animarum. Non enim est particeps naturae seu substantiae, ut quidam putant, aliquis non implet dyabolus cui efficitur, sed per fraudulentiam deceptionis atque malitiae [?] habitare dicitur, quod taliter implet. Solius est trinitatis virtute implere et ingredi essentiam quam creavit.

Quod demones praenuntiant futura et deludunt falsis apparitionibus.

Demones et daemonia sensus et celeritate motus aereorum corporum tenuitate [?] corporis sensum facile praecedunt, et quaedam cognita praenuntiant quae homines mirantur propter tarditatem corporis terreni. Accessit autem demonibus per tam longum tempus quo eorum vita protenditur rerum longe maior experientia quam hominibus potest evenire propter brevitatem vite. Ideo quaedam futura praedicunt et quaedam mira faciunt quibus homines alliciunt et seducunt. Unde quaedam mulierculae post sathan conversae, demonum illusionibus et phantasiis seductae, credunt se et profitentur nocturnis horis cum diana dea paganorum vel cum herodiade et innumera multitudine mulierum equitare, eorumque iussionibus obtemperare. Ipse namque satanas qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulierculae ceperit et hanc sibi per infidelitatem subiugaverit, illico transfigurat se in diversarum personarum species et similitudines, et mentem quam captivam tenet in somnis deludens, modo leta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quaeque deducit. Et cum solus spiritus hoc patiatur, infidel[is]

non in anima sed in corpore opinatur evenire. Ideo nimis stultus et hebes est qui haec quae in spiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitratur, cum Ezechiel et alii prophetae, Johannes evangelista et alii apostoli in spiritu et non in corpore visiones viderunt.

Quod apparent mortui vivis et vigilantibus, et quomodo possint scire quae aguntur apud nos, et quae

Cum homines vivi suis mortuis hominibus dormientibus, **mortui autem vivis** sive vigilantibus apparent, et non ipsis rebus, ut sunt vivi [margin: vivorum], sed in quibusdam similitudinibus, illud angelicis operationibus fieri credimus per dispensationem providentis dei, bonis vel malis, secundum inscrutabilem altitudinem iudiciorum suorum, sive hinc instruantur mentes, sive fallantur, sive consolentur, sive terreantur, sicut unicuique vel praebenda est misericordia vel irroganda iustitia ab eo cuius misericordiam et iudicium non in vanum cantat ecclesia. Ibi siquidem sunt spiritus defunctorum ubi non vident neque audiunt quae aguntur aut quae eveniunt in ista vita hominibus. Ita vero cura est eis de vivis quamquam quid agant omnino nesciant, quemadmodum nobis cura est de mortuis, quamvis quid agant utique nesciamus. Nesciunt quidem mortui quid hic agatur. Sed cum hic agitur, postea possunt audire ab eis qui hinc moriendo ad eos pergunt. Non quidem omnia, sed quae sinuntur indicare, et eos oportet audire. Scire etiam possunt ab angelis qui hic praesto sunt et animas morientium ad illos deferunt. Spiritu quoque deo revelante cognoscere possunt quae hic aguntur, quae necessarium est eis audire [margin: noscere]. Quidam etiam ex mortuis ad vivos mitti possunt, non per propriam naturam, sed per divinam potentiam. Verum tamen illa fiant per eorum praesentiam, an per angelos suscipientes eorum personas affirmare non audeo. Deus est opifex qui est usque praesens, per angelica ministeria usque quaque diffusa, per hominibus ista praebet solatia quibus in hac vite miseria iudicat esse praebenda.

Quod exercitium virtutum animae impeditur a corpore, et quae exercitia retinet .v. sensus, et quomodo, et ubi ponuntur

Potentiae animae atque virtutes longa exercitatione atque successu temporum crescunt, ipsa vero anima nec crescit nec decrescit, sed aut in parvulitate membrorum aut humorum crassitudine et corruptione impedita vires suas exercere non potest. Anima dum carne exuta est, vivit, videt, audit, et omnes sensus atque ingenia vivacitate [margin: ut vivacit] vel potentia puritate subtilius exercet et appetit. Et sicut deus usque est in se simplex, sic anima quodammodo usque est in se simpla ac plus in deo [?] ut fuit priusquam mundus fieret, vel quam forent simul mundus esse continet. Sicut sepe dictum est anima est in corpore. Potest tamen habere similitudines corporum, non corporalem sed corpori similem, et corporalium membrorum cum de corpore egreditur. Sic etiam ad spiritualia premittis fertur, aut ad loca penalia similia corporibus, qualia saepe demonstrata sunt his qui rapti sunt a corporis sensibus et mortuis similes iacuerunt, cum et ipsi in se ipsis gererent quandam similitudinem corporis sui, per quam possent ad alia ferri, et talia similibus sensibus experiri. Animae siquidem quae in corporibus viventes per dilectionem rerum visibilium corporalibus ymaginibus assistunt, a corporibus exutae eisdem ymaginibus tormenta patiuntur. Propterea cum corporalibus passionibus [margin: ...] in terris possunt, quia a corruptione corporalium affectionum hic mundatae non fuerunt, quia corpulentiam de corporis dilectione traxerunt. Quaedam autem animae in eisdem locis in quibus culpam commiserunt puniuntur. Quaedam vero abditis receptaculis usque ad ultimam resurrectionem continentur, sicut unaquaeque digna est requie vel miseria.

Persuasio de assurgendo in domini premeditatione mortis, et pro diffinitione hominis

Multa de anima dixi, sed nondum dixi quid facta est, vel quid de corpore egreditur. Hoc nondum dicere possum, quia initium nescio nec finem scio. Nescio enim unde venio aut quo vado. Sed scio plane quod mortales sumus, et quod velimus nolumus omnes moriemur. Nichil est morte certius, et nichil hora mortis incertius. Illam nescimus quando aut quomodo aut ubi moriemur, quoniam usque mors nos expectat. Ideo debemus semper esse parati, ut quando corpus revertetur ad terram, ut sic scriptum est, spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Illud siquidem nos maxime movere debet, quod a veteribus sapientibus homo diffinitus est, et dicitur: Homo est animal rationale mortale. Hoc genere posito quod animal dictum est, praedictas differentias videmus, quibus erat admonendus homo, et quo sibi esset redeundum et unde fugiendum. Sic enim progressus animae usque ad mortalia lapsus est, sic regressus eius debet esse usque ad rationem, quod impugnantibus resistere valeat, ut sub natura sua vivat et ordinem appetat. Sub illo ad

regi debet, et super quod regere debet. Uno illo quod rationale dicitur separatur
a bestiis, alio quod mortale, adiungitur. Illud non tenuit bestia, et
istud non amittet divina non capiet. Ideo ut homo se intelligat se cogitat
magis opus habet consuetudine recedendi a sensibus ut animum ad se colligat
et in seipso retineat. Huiusmodi siquidem sensibus impedit anima ne possit
cernere semetipsam et creatorem suum, quem sola et super eam sinistris oculis
intueri debet. Anima namque rationalis inter eas res quae sunt a deo condite superat omnia
et ideo deo proxima est quando pura est. Quantum ei in caritate cohaeserit tantum ab eo
illo lumine intelligibili perfusa, quodammodo et illustrata non per corporales oculos
sed per summum principale, id est per intelligentiam, cernit id quod est perfectissima pulcritudo
et beatissima visio, qua cum fruitur sit beata. Removeat igitur a consideratione
tue sua nocumenta omnia, quae per corporales sensus extrinsecus capiuntur. Que namque
corporalia corporumque similitudines. Sensus quoque et imaginationes in mente sunt
et recordando reviviscere advertiore hominis partium. Quamquam illis qui
minutis anima exteriora percipiat, mens igitur est nichil sibi praesentius est quod
in eo ipsa simulata sed vera praesentia videt se in se. Nichil est tam novit mens
quam id quod sibi praesto est. Nec quicquam menti praesto est quam ipsa sibi. Ista cognoscit
se vivere, se meminisse, se intelligere, velle, cogitare, scire, iudicare.
Hoc novit in se, nec imaginatur quasi extra se illa quae aliquo sensu corporis
tetigit, sicut corporalia quaeque tanguntur, et quorum cogitationibus nil sibi attingat
ut tale aliquid esse putetur quicquid ei de se remanet. Hoc solum ipsa est. Nichil
est tam intime quam ipsa mens. Nec quicquam sic intime cognoscitur quemadmodum mens.
Cum est quaerit mens quid sit mens, profecto novit quod seipsam quaerit,
et novit quod ipsa sit mens quae seipsam quaerit. Nam et de se quaerit quaerit se
ipsam. Cum igitur quaerentem se novit, se utique novit, et omne quod novit
novit. Novit et ita novit se totam, ut totam se quaerit, et quia to-
tam se quaerit, tota sibi praesto est. Nichil est sibi seipsa praesentius esse potest.
Quod vero de se quaerit, quod antea fuit vel quod futura sit vel qualis sit non quaerit,
id est quam similis vel quam dissimilis deo, quam humilis et quam devota, quam pura et quam sancta.
Sed quia tristis est corporalibus, quae cum amore cogitat et in quibus amore assue-
facta est, non valet sine imaginibus eorum intueri seipsam. Ista tanto gluti-
no amoris ei cohaeserunt, hoc quia foris sunt corporalia, ut cum habitat praesto
sunt imagines eorum cogitantium. Quapropter secernere eas a se non potest, ut sola
inspiciatur. Redeat igitur ad se et sedeat in se, non sic absentem quaerat se, sed
velut praesentem se curet cernere et discernere et intuitione vocetur, quae per alia
vagabatur, statuat in seipsam et cogitet ut seipsam cognoscat et diligat
et ita videbitur quod numquam se non amaverit, numquam nescierit, sed alia secum eis
amando confundit. Ita sine magno labore ab eis seipsam non separat, quibus
cum amore cohaesit. Quapropter fantasmaticis corporalium imaginum deformatur
eisdemque alte impressis et a corpore soluta non exeunt. Studeat igitur in
hac vita ab huiusmodi foculis naturalibus mundari, quoniam eius est hic quietem
nichil corporeum secum trahit, et a corporalibus passionibus liberius exsistat.
Vivificatione et sensificatione anima descendit ad corpus. Presentia namque
sua illud vivificat, colligit in unum atque in unum tenet, diffluere
atque contabescere non sinit, congruentiam eius modumque conservat, non tantum in
pulcritudine, sed et in crescendo atque gignendo. Intendit se et anima in tactu
et eo calida et frigida, aspera et lenia, dura et mollia, gravia
et levia sentit atque discernit. Deinde innumerabiles differentias saporum
odorum sonorum formarum gustando, olfaciendo, audiendo, videndo
diiudicat, atque in his omnibus ea quae secundum naturam sui corporis appetit et
fugit contraria. Removeat se ab his sensibus certo intervallo temporum et
corporum motus qui per quasdam ferias reparans rerum imaginationes quas per eas
auxit secum catervatim multipliciter versat.

Quod anima intelligit

Cum vero vult intelligere vel divina vel deum vel seipsam suasque
considerare virtutes, abstrahit se ab omnibus sensibus corporis quibus non ad-
iuvatur, non ad formas corporeas coloresque sentiendos et spiritu atque intra
se conspiciendo intelligibilia atque contemplatione ad deum ascendit. Humani
siquidem corporis ex viribus elementis compositum est. Hic carne et ossibus terra
maxime apparet, propter terrenam soliditatem, aqua in humoribus. Aer
continetur in pulmone. Ideo spiritus in motu est, quia ventilabrum est
cordis, ne nimio calore cor consumatur et dissolvatur. Sedes
ignis est in corde, et ideo inferius est latum et sursum acutum, quoniam formam
ignis retinet. Quedam vis ignea aere temperata a corde ad cerebrum
ascendit tamquam in caelum corporis nostri, ibique purificata et colata
per oculos, aures, nares ceteraque instrumenta sensuum foras progreditur et
ex tactu exteriorum formata, quinque sensus facit corporis: visum videlicet, et auditum,
gustum, odoratum et tactum. Qui tangendi sensus ab anteriori parte cerebri
ad posteriorem transiens et inde per cervicem et medullam spine descendens
per totum corpus diffunditur. Porro ne igitur ipsa quae exterius formata sensus dicitur eadem
forma per propria similitudinem instrumentorum per quae egreditur, et in quibus formatur, natura operante, in-
terius ad cellam fantasticam usque retrahitur et reducitur atque yma-
ginatio efficitur. Postea ymaginatio ab anteriori parte capitis ad medullam
transiens ipsi anime rationali substantie contingit et excitat discretionem in tantum pu-
rificata et subtilis effecta ut ipsi spiritui inmediate coniungatur. Vera
etenim corporis retinens et proprietatem. Que quoniam ymaginatio fantastica
cella non transcenditur in rationalibus autem purior fit et usque ad rationa-
lem et incorpoream anime substantiam contingendam defertur et progreditur. Est itaque
ymaginatio similitudo corporis per sensus corporeos et corporis contactu concepta extrin-
secus atque per eosdem sensus interius ad partem puriorem corporis spiritus re-
ducta atque impressa in summo suo corporalis spiritus, et in imo rationalis, corporales
informans et rationale coniungens spiritum corporis non noto autem aere
vel per ignem, quam sua subtilitate videri non potest, et corpus interius vegetando
vivificat. Quedam autem vegetat tantum et non sensificat sicut arbores
herbas et universa germinantia. Quedam sensificat et vegetat
sicut bruta animalia in quibus quamvis sensum habent, ymaginationem non habent.
Cum namque maior sit sensificatio quam vegetatio, tamen constat profecto
hanc vi subtiliorem esse, et ut magis subtile est et magis spiritale est, magis
incorporee nature appropinquat cum ymaginatio formatur quae est sensum
presentiat. Nichil enim incorporee et spiritali nature magis tamen esse potest
quam id quod post sensum vis ymaginationis excipit. Quod quoniam in tantum
sublime est ut quicquid super idem est non sit aliud quam purior.

Explicit liber beati Augustini de spiritu et anima

De Exitu animarum

Multa quaeri possent, si tamen omnia quaeri debent quae quaeri possent. Querunt
homines de exitu animarum a corporibus, qualiter exeant, et quomodo exe-
untes progrediantur, vel cum pervenerint, quid progredientes inveniant, vel quid
percipiant. Sed haec omnia magis timenda sunt quam quaerenda, ideo quippe
abscondita sunt, ne quaerant aut mereant, sed timeant. Quis est securus
esse potest in incertum pergens. Hoc autem solum certum esse non debet, quia bonam vitam
mala mors sequi non potest. Mala est mors non est, nisi ea sola quam mala
secuta est. Qui igitur bene mori vult, bene vivat, quoniam ea quae post mortem veniunt
circa ea disponit, et sicut ea recepturus quando ante mortem in vita precedent
unde ad mortem mittitur est, post mortem primum. Mors media est
inter quam dies desinit et incipit dies hominis finem accipit. In die suo homo sic reliquit
ut quod vult operetur. In die vero dei tamquam in potestate sua non est homo, sed in illius
potestate ad quem venit ut remuneretur. Propterea ad hominem pertinet ut id so-
lum quod sibi commissum est bene disponere studeat. Illud vero quod non
commissum sed promissum sibi est illius arbitrio, a quo illud impleri oportet,
relinquat. Multi quaerunt de exitu animarum, quomodo a corporibus egrediantur anime
suis, id est hoc modo ut ecclesie et localiter foras egrediantur ut extra esse inci-
piant quae inclusae sunt. Hoc solum illud egredi sit, quod se animus vivifica

tione cordis retrahit. et qui se ad se colligentes a vegetatione corporis cessat. vel in semetipsis subsistat. ubi gratia. Quando flatus iste corporeus spiritus egreditur a corde. et in aerem exhalat. atque localiter extra cor esse. quod prius exhalat atque localiter infra cor continebatur. Quando vero cortex arescere incipit in arbore. exit humor ab illo. et contrahitur ad interiora. non foras egreditur. ut extra sit. sed intus remanet in eo quod interius est. sive in ligno. sive in medulla. ut in cortice ipso non sit. Tamen omnino extra a cortice. ut in cortice iam non sit. non exit quasi ad exteriora effusus. sed extra quasi ad interiora collectus. Et si forte humor rursum ab interiori suo prodeat. ut se iterum effundat in corticem. rursus revirescit cortex. quia humor in ipso est vita eius. Sic quoque de anima quando extra a corde vivere hic solummodo exire dicitur quod se retrahit ad se a vivificatione cordis. et tamen in ipso iam in corde non est. quod cor vivificare cessat. Non hic est vis quod iam quodammodo extra omne cor est. quod in semetipsa sola subsistens. ad cor vivificandum effusa non est. Quando vero in corde non est. non est in loco. quia locus non est. nisi in corde. Quando autem extra cor est. et extra locum est. in se ipsa. et cor non est locus. et equaliter distat ab omni corde. quia in se ipsa. et omne cor nullum cor est. Sicut vero in se ipsam. et omne cor nullum est cor. constat profecto quod in se ipsa. et omne cor. nullus est locus. quia locus non est. ubi cor non est. Quando ergo extra omne cor est. quod ad locum equaliter. prope est omni cordi. quia sicut extra cor posita. uni cordi propior. et alteri remotior esset. in se ipsa profecto et cor spatium esset. Si spatium esset. locus esset. Si locus esset. cor esset. Si autem in se ipsa et omne cor. cor esset. extra omne cor. cor esset. quod fieri non potest. Itaque dicitur quod anima non per corpus a corde recedit. non per corpus ad cor accedit. Et ideo non loco movetur ut recedat a corde. quod est in loco. vel loco movetur ut accedat ad cor quod est in loco. Sed omne est locum. et id quod in nullo loco. nullus est locus. Preterea itaque dampnum putat. quod spiritus creatus tempore quod movetur. quia mutabilis est. sed loco non movetur quia nec loco movetur recedens a corde. quod est in loco. nec loco movetur accedens ad cor quod est in loco. Nam et loco movetur quando recedit a loco. non tamen loco movetur quando accedit ad locum. Etiam quando in corpore posita anima cor localiter movetur. ipsa tamen localiter non movetur. Sic est ideo localiter moveri existimatur. quia in corde est quod localiter movetur. quod non similiter sapientia localiter moveri dicatur. quia in corde est quod localiter movetur. Nam sicut quia pars anima ipsa in corde de est sapientia. et anima ipsa per cordis localem motum localiter moveri dicitur. quia non et per ipsam localiter mota. sapientia que in anima est. localiter moveri dicatur. Sicut vero hic ideo probat ut sapientia localiter moveri dicatur. que sit in anima. qualiter anima localiter movetur quamvis in corpore sit quod localiter moveri dicitur. Huiusmodi considerationem probat spiritus localiter non moveri. quamvis in corde sit quod localiter movetur. Temporaliter tamen moveri quia vicissitudinem subiacens de alio in aliud mutatur. Sed nos in occultis nimis curiosos esse non oportet. ne forte plus presumamus quam possumus. Et sicut vita spiritus de novo quem fecit eum. Nos autem nec scimus quomodo venit. nec comprehendimus quomodo recedit. Quando flatus iste corporeus exhalatur corporaliter et localiter ingreditur. Quando autem spiratur corporaliter et localiter egreditur. Sed alia est vita spiritus. alia corporis. Quando post hominem data est anima inspiravit deus. id est facta est spiritus vite. Et quod dicitur postea quomodo inspiravit deus animam cordi vivificandam. sive quod extra creatam ad vivificandum immisit. sive quod id fecit ut posuit. et ab initio creatam in vivificatione perdere iussit. non alia fuit inspiratio quam ipsa vivificatio. Si ergo nescit quomodo inspirat. quomodo sciri potest qualiter expirat. Deus inspirat. homo expirat. Deus immittit. homo remittit. Quia vita mittitur est accedit. eadem remittitur est recedit. Hoc unum scimus. quod recedente anima. cor moritur. et ipsa separatio anime mors cordis est. Hoc nobis sufficit scire. quod recedit. quomodo recedat ex abundantia est perscrutari. Multis tamen exemplis didicimus in exitu animarum. angelorum malorum sive bonorum presentiam adesse. que illas premittis vel ad tormenta pertrahat. vel ad requiem deducant. Sed et ipsas animas adhuc in corde positas. ante exitum multa alia de hiis que futura sunt scire eas sive ex responso conscientie interiori. sive per revelationes exterius factas presensisse. cognovimus. Raptas quoque aliquas. et iterum ad cor reductas visiones quasdam. et revelationes sibi factas narrasse. sive de tormentis impiorum sive de gaudiis iustorum et

hominibus omnibus. nichil non vel corporale vel corporibus simile recitasse. flumina flammas. pontes. naves. domos. nemora. prata. flores. homines nigros. candidos. et cetera. que illa in hiis narrando videntur que habent soliti. et vel ad gaudium animarum. vel tamen ad supplicium. Se solutas corporibus manibus et hi. pedibus deligari. collo suspendi. vel flagellari. precipitari. et alia huiusmodi. que non corporalia nec quamvis omnino non possunt. Omnia sunt illic visibilia. et corporaliter esse. etiam nunc preter alia que absurda nascuntur. ipsas utique animas que a corporibus separatas. corporeas esse. et ad similitudinem corporis membris compactas. atque distinctas confitemur. Non autem mirum debet videri si animabus a corporibus egressis. sic quedam corporibus similia. ad demonstrationem spiritualium presentantur. quod non in talibus. et per talia. ab animabus corpore exuti viderentur. nullo modo ab eisdem ad cor reversis. in corde viventibus. et corporalia tantum scientibus. dicerentur. Quomodo enim est illa aliter ibi a corporibus exute videre possent. non tamen hic nobis aliter narrare possent. Et manent semper occulta illa. nisi esset quod de illis nobis credentibus. dicerentur. non exeuntibus et videntibus. sed ista monstrarentur. Utrum autem anime que hic amplius non reversure exeunt. sed hoc modo illa videant. aut sentiant. omnino dubium est. non quia probabilius videtur. quod ille que in corporibus viventes. per delectationem rerum visibilium. corporalibus ymaginibus assuescunt a corporibus exeuntes in eisdem illic ymaginibus tormenta patiantur. Neque enim omnino corporale passibilitatem exeunt. quando corporalium ymaginationibus delectationis prave usu impressis. obvolute et involute exeunt. Que vero hic ymaginantes mundantes. ab eiusmodi delectationibus et cogitationum phantasiis. mundare se. ac spoliare studuerunt. illic parimodum postquam a corporibus egresse fuerint. penas in eis. et tormenta non sentiunt. quod in eo quodammodo impassibiles existunt. quod nulla pena dignum se efferunt. Quidam putant animas corporalibus penis cruciari non posse. nisi per corpora. et in corporibus manentes. Quapropter a corporibus exutas animas. nullas alias penas sustinere credunt. nisi eas solum. quas interius conscientia accusatrix irrogat. Sed veritas auctoritatis sacre eloquii. et catholice veritatis testimonium probat. corporali quoque materiali igne animas quoque nunc ante susceptionem corporum cruciari. Sicut est de demonibus quibus preparatus est corporalis ignis dicitur. quid mirum sicut a corporibus exute corporali igne crucientur. Sed quomodo incorporee anime sine corporibus carentes corporalibus pati possent. Forte dicimus. Nescimus quomodo hic fieri possit. Numquid ideo verum non est. quia nos nescimus quomodo est. Tamen quid mirum est si anime extra corpora patiuntur. Si ledunt dum cedunt induite. cur non ledant si cedant exute. Sed affligi posse quia etiam ipsas et illud ac assistunt medium est illud per quod assistunt. non ne probabile omnino est multo magis eas affligi debere. quando illi a quo assistunt immediate coniungunt. Tamen hoc utique quidem non est ut quod credere iubemur. vita semper ratione discutere conemur. Sed et iam sacra magistra fidei nostre. hec nobis dicit. Quod amplius quam suscipiamus non querimus.

Scio quod anima dum est in corpore. est in pluribus locis circumscriptibilibus. id est in manibus. pedibus et cetera. sed extra corpus non. Illa autem ubi statim ut exit de corpore. hec beatitudine quod fruitur deo. quod est utique. et sine questione immediate volat ad empireum. ita quod non transit per media loca. Sic posset aliquis cogitare vel loqui de hiis loco et statu de empireo. ita quod non de mediis

Incipit liber divisionum Boetii

Quam magnos studiosis afferat fructus scientia dividendi, quamque apud Peripateticam disciplinam semper hec fuerit in honore notitia, docet et Andronicus diligentissimus senis de divisione libro edito, et hic idem a Plotino gravissimo philosopho comprobatur, et in Platonis libro qui Sophistes intitulatur a Porphyrio repetitur, et ab eodem per hanc divisionis introductionem laudata in Categorias utilitas. Nam necessariam fore generis, speciei, differentie, proprii accidentisque peritiam, tum propter alia multa, tum propter utilitatem que est maxima partiendi. Quare quoniam maximus usus est facilisque doctrina, ergo quoque id sicut plerique alia Romanis auribus tradens in introductorii ... itaque in eadem re et quoad et competenter subtilique tractatione et moderata brevitate perscripsi, ut et competentis decisionis ordinis et in perfectione sine intrinsecis legentium ingeniis. Nec fructuosa loquacitate harum rerum receptores rudes insolentesque novi auditus intentes habere est equum. Nec ullus livor id quod et arduum nam est et igitur minus animadvertere et magnopere et legentium utilitate digestum aliquis morsibus obtrectatoris obfuscet. Persequatur potius aliena studiis nec ingenii scendo nec comprobando quod serena bonis artibus stringat, dum quicquid novum est in pleraque obstinatione repudiat. Nos enim non videat plurimum ad laborem artium de ... valere sapientes, hominum namque sit desperato displicendi. Sed hec actenus. Nunc divisionis ipsius non dividendum est et secundum unumquodque divisionis vocabulum unicuique propositi proprietates partesque tractande sunt.

De multiplicitate divisionis

solvendi. Unde dominus ait Petro in evangelio secundum Matthaeum: Quodcumque ligaveris etc.
Item Paulus ad Titum in capitulo i. Huius rei gratia reliqui te Crete ut corrigas quae de-
sunt, et constituas per civitates presbyteros. Item de ordine presbyteri
ad Thymotheum in prima epistola in capitulo v. Qui bene praesunt presbyteri duplici honore habeantur.
Item in capitulo v. Adversus presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus vel tribus
testibus. Item ad Philippenses in prima epistola. Omnibus qui sunt Philippis cum episcopis et diaconibus
gratia sit vobis et pax. Ecce quibus committitur verbum dei, scilicet verbum praedicationis et
correctionis. Item Paulus ad Thymotheum in secunda epistola in capitulo iv. Argue, obsecra, in-
crepa in omni patientia et doctrina. Item dominus ad discipulos: Docete eos servare omnia quaecumque
mandavi vobis. Istis ergo presbyteris, episcopis et diaconibus clerici et laici debent
obedire propter deum, sive boni sint sive mali. Unde dominus ait in evangelio secundum Matthaeum:
Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisei; quae dicunt vobis servate et facite, secundum vero
opera eorum nolite facere. Et Petrus in prima epistola: Servi subditi estote in omni timore dominis,
non tantum bonis et modestis sed etiam dyscolis. Item ad Hebraeos capitulo .. Obe-
dite praepositis vestris et subiacete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris
reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes. Item ad Hebraeos capitulo xiii.
Mementote praepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum
conversationis imitamini fidem. Quia qui de altario serviunt de altario participant.
Item ad Corinthios in prima epistola in capitulo ix. Si nos vobis spiritualia seminavimus, non ma-
gnum est si carnalia vestra metamus. Item ad Thymotheum in secunda epistola capitulo iii.
Tu vero permane in his quae didicisti et credita sunt tibi, sciens quia ab infan-
tia sacras litteras didicisti quae te possunt instruere ad salutem.

In ix capitulo convincimus et iudicamus istos hereticos esse. Nam contra
auctoritatibus qui nolunt coniugium quo vir et mulier possit salvari, si

carnaliter misceatur. Quod quidem palam predicare solitus est, quod vir et mulier salvari non poterant, si carnaliter convenirent. Laudat enim et approbat fecunditatem pecudum et dampnat et improperat fecunditatem hominum et amat sterilitatem mulierum, sicut dicit scriptura: Beate steriles que non genuerunt, etc. Et hii qui predicant virginitatem invariabilem fore, intelligant deum et quod facta est creatura ad usum et fructum hominis, careat possessore. Virginitatem tene(?) volentes omnes esse sicut ipsi sunt. Iuxta quod Paulus ait: Volo omnes esse sicut ego sum. Et sic virginitatem virorum predicare, ut sint omnes virgines, sicut fuit Christus et virgo Maria. Et deus ipse dixit: Crescite et multiplicamini, etc. Et hoc est virorum est nuptias dampnare, quas quidem deus Ihesus suo et matris sue presentia dedicavit et aquam in vinum miraculo illustravit, sicut Johannes in evangelio legitur in cap. xix(?). Item dicitur in evangelio secundum Matheum in capitulo, etc. et in capitulo iii: Quod deus coniunxit homo non separet, et item licet viro uxorem suam dimittere nisi causa fornicationis. Item Paulus in prima epistola ad Corinthios in capitulo: Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. Et iterum revertimini in idipsum, id est in ipsum coitum. Item in capitulo: His autem qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari, et vir uxorem non dimittat. Item in capitulo: Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem, etc. Item in capitulo: Alligatus es uxori? noli querere solutionem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Item in capitulo: Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, et qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit; quod si dormierit vir eius, liberata est a lege viri; cui vult nubat, tantum in domino. Et item in prima epistola ad Tymotheum capitulo vii: Salvabitur autem mulier per filiorum generationem. Et item in capitulo vii: Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Si enim esset peccatum filios procreare, quare diceret deus: Crescite et multiplicamini, etc. Et quare diceret apostolus bonum esse propter instantem necessitatem? Et cur diceret: Revertimini in idipsum? Et cur diceret: Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse? Nunquid deus vult, nunquid vult apostolus ut fiat peccatum? Credimus quod vir et uxor salvantur, licet carnaliter misceantur.

In vi capitulo ostendimus et iudicamus istos hereticos et abusores esse. Perso..., non(?) etc. Dominus enim, qui ministerium et potestatem ligandi atque solvendi deo(?) tradidit Petro dicens: Quodcumque, etc. Et Jacobus in epistola sua confirmat quod in verbo inducunt presbiteros ecclesie et orent super eos, ungentes eos oleo in nomine domini, etc. Et oratio fidei salvabit infirmum. Et item secundum Matheum in capitulo. Secundum Lucam capitulo: Erat enim vinum datus propheta(?) in sermone, etc. Et item secundum Matheum in capitulo. Non enim ea putant verbum istud. Preterea dicunt quod stantes deberent de evangelio recitare, etc. Cum enim tam stet(?), cum evangelium recitatur. Et si tunc stant, est legendum(?) multo fortius stare deberet, cum exponit. Non debuisset tenere locum sedentis, postquam elegit locum stantis. Contrarium enim habemus auctoritates quibus colligitur manifeste quod stare deberet quando evangelium annuntiat, ut ait Lucas in capitulo: Stetit Ihesus in quodam loco campestri. Et item secundum Johannem in capitulo: Stabat Ihesus et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Et item secundum Johannem in capitulo xii. Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Et item secundum Johannem in capitulo: Venit Ihesus et stetit in medio discipulorum, et dixit eis: Pax vobis. Ipsi autem non obtinent locum iudicantis, sed respondentis. Dominus enim sedere debuit, cum aperire os in doctrina(?) datum ei est. Isti autem non iudicant, sed iudicantur. Non eis est in ecclesia ministerium predicandi. Isti autem heretici tales sunt, quales Paulus futuros prenuntiat dicens in secunda epistola ad Thessalonicenses in capitulo xii: Mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes. Et item in capitulo xvii: Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt homines, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Et item in prima epistola ad Tymotheum capitulo x.

Item autem manifeste dicit quod in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui noverunt veritatem; quia omnis creatura dei bona et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Et item in prima epistola ad Tymotheum in capitulo: Quidam autem ex eis errantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque que loquuntur neque de quibus affirmant. Peccatores autem in oculis(?) qui punire debent prelati, qui corrigere coram omnibus. Unde Paulus ad Tymotheum in i epistola in capitulo: Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant(?). Item Paulus ad prelatos habentes in promptu ulcisci omnem inobedientiam, et eos qui ... potest arguere. Et item Paulus ad Tymotheum in ii epistola capitulo: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Item Paulus in prima epistola ad Corinthios in capitulo: Ego tradidi huiusmodi Satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini. Iam iudicavi ut presens eum qui sic operatus est. Et item ad Galatas in capitulo ii: Quicumque aliud vobis annuntiaverit, anathema sit.

In capitulo viii ostendo et dico quod ipsi auctoritates et sententias sacrarum scripturarum omnis homo ea cogente iuste iurare debet. Quamvis in evangelio dicatur: Sit sermo vester est est, non non. Neque iurabitis per celum neque per terram, non prohibet iurare per dominum creatorem. Gentes autem colebant creaturas et sic iurabant, licitum iurare per creaturas. Verum et hominem qui soli deo debetur creaturis exhibetur et sic ydola et creaturas velut deum adorant. Legitur enim in Apocalipsi in capitulo xiiii: Angelus levavit manum suam in celum et iuravit per viventem in secula seculorum. Et Paulus ad Hebreos in capitulo vi: Iuravit itaque per semetipsum. Homines enim per maiores sui iurant, et omnis controversie eorum finis ad confirmationem est iuramentum, in quo habundantius volens ostendere deus pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum. Iuravi dominus dicens: Iuravi per memetipsum. Et item: Iuravit dominus et non penitebit eum. Apostolus frequenter iuravit per deum, sicut habetur ad Romanos in capitulo ii: Testis est mihi deus. Et ad Tymotheum in i epistola in capitulo: Testor coram deo. Si itaque iuravit deus, iuravit angelus, cur non recte iurat ut fides pieculus(?) vel illud consilium est, non preceptum, quod dicitur in evangelio et epistola Jacobi. Quia si non iuraret, non degeneraret. Et quod amplius est a malo est, id est quod infirmitate non credentis, non de infirmitate iurantis, vel secundum primam expositionem a malo est, id est a peccato vel dyabolo qui suadet iurare per creaturas.

Explicit Summa contra Manicheos qui paterini vocantur.

ccccxi [illegible] Quem ut testatur.

Pharetra militar rex virtutum.

[I]n visionis mee primordio
cum ob mentis recreacionem
auctoritates sanctorum legerem et legens va
rietates corruptiones propter exemplaria placuit
mihi ut ad ipsum fontem originalium re
currerem et ob maiorem certitudi
nem ipsorum aliqua excerperem que per modum
ut scivi ordinavi ut que ad medi
tacionem, predicacionem, disputacionem
idem essent utilia levius repperirentur.
ac sciat lector quod repperi aliquando di
versos doctores unum dixisse. aliquando e
undem doctorem idem sonuisse libris.
Distinctum opus enim ideo per IIII libros
ut dicatur liber primus de personarum vari
etate. Secundus de principalium viciorum
contrariis. Tercius de periculosis. Quar
tus de graciosis. In ultimo libro posui
quinquaginta capitula que talis mis in bi
lie est singularitas. Opus enim est ideo
pharetram appellavi. quia sicut in pharetra
iacula reponuntur quibus hostis hostem
ferit vulnerat et deicit. sic et hic varie
auctoritates fide dignorum quasi in manu opa
cionis reperimus hostem antiquum deicimus.
Sciendum quod quod enim dico idem non apponendo il
intelligendum est in priori libro antea posito fo
re. Originalia ita subscripta ipse excerpsi.

in multiplicitate

De beato Gregorio.
Moralia.
Ezechielem
Registrum. i. epistolas
Omelias.
Pastorale.
Dyalogum.
Cantica.
De beato Ambrosio
De virginitate
li. iii.
De viduitate
li. ii.
De officiis li. i.
De patriarchis.
De excessu Satyri.
De fide ii. libris
De exameron.
De fuga seculi.
De obitu Theo
dosii.
Apologiam David.
Pastorale.
Sermones.

Epistolas.
Super Lucam
Super Beati imma
culati.
De Crisostomo.
Super Matheum
Super Iohannem
De compunctione
De militia
spirituali.
De militia
christiana
De eo quod nemo
leditur nisi
a se ipso
Sermones.
Epistolam.
De Ysidoro
Ethimolo
gias.
Sinonima.

De summo bo
no.
De ortu et obi
tu antiquorum
De novo te
stamento.
De Cypriano
De xii abu
sivis.
De Augustino
De civitate
dei li. xxii.
De trinitate li.
xv.
De doctrina
christiana li.
De inta ta
nali i.
De disciplina
christiana i.
De agone christi
ano i.
De questionibus

De gratia novi testamenti
De moribus ecclesie i.
De vera religione i.
De consensu evangelistarum li. iiii.
De incarnatione li
bri i.
De essencia divini
tatis i.
De magistro i.
De ordine disci
pline i.
De opere mona
chorum i.
De singularitate
clericorum i.
De lxxxiii questionibus i.
De iii questionibus
contra paganos i.
De questionibus novi
et veteris testamen
ti i.
De v heresibus i.
De ecclesiasticis dog
matibus i.
De concordia i.
De pastoribus i.
De ovibus i.
De cathezizan
dis rudibus i.
De mirabilibus
sacre scripture i.
De moribus ma
nicheorum.
De divinatione de
monum.
De soliloquiis ii.
De meditacionibus i.
De virginitate i.
De viduitate i.
De bono coniuga
li i.
De coniugiis ad
ulterinis ii.
De quantitate
anime i.
De duabus animabus ii.
De natura boni i.
De natura et gratia i.
De correptione et
gratia i. libro
De gratia et libero ar

bitrio iii.
De spiritu et littera i.
De vita be
ata i.
De perfectione
iusticie i.
De predesti
natione divi
na i.
De fide ad
Petrum i.
Ad Orosium.
Ad Bonefaci
um i.
De penitentia i.
De pacien
cia i.
De presciencia i.
Regulam
Encheridion.
De cura pro
mortuis i.
De symbolo
iiii.
De ieiunio
sabbati i.
De utilitate
credendi i.
De laude et
unitatis i.
De unico
baptismo i.
De baptismo par
vulorum iii.
De sermone
domini in monte ii.
De sententia Ia
cobi ad Jeronimum i.
De conflictu
viciorum.
Super Genesim ad
litteram xii.
Super Genesim contra
Manicheos li. ii.
Epistolas
Sermones.
De iudicio i.
Contra mendacium i.
Contra Iulia
num iiii.

Contra Ada
mancium i.
Contra quinque
hereses i.
Contra Dona
tistas.
Contra epistolam
fundamenti.
Contra adversa
rios legis
et prophetarum ii.
De Jeronimo
Super Ysaiam.
Super xii prophetas
Epistolas.
Omelias.
De beato Bernardo.
Super Cantica.
Super Missus est.
Super Qui habitat.
Super Ecce nos.
De consideratione.
De precepto et
dispensatione.
De libero arbitrio.
De diligendo deo.
De amore dei
De xii gradibus
Epistolas.
Apologiam
Meditationes.
Sermones.
Flores.
De Anselmo.
De similitudinibus.
Meditationes.
De Cassiodoro.
De anima.
De Seneca.
Epistolas.
De copia verborum.
De clementia.
De liberalitate.
De spiritu et anima et
aliis de aliis
libris et glosis.

Capitula primi libri.
De deo i.
De Christo ii.
De eukaristia iii.
De trinitate iiii.

De beata maria v.
De angelis vi.
De homine vii.
De muliere viii.
De christianis bonis ix.
De christianis malis x.
De prelatis bonis xi.
De prelatis malis xii.
De subditis xiii.
De predicatoribus bonis xiiii.
De predicatoribus malis xv.
De usurpantibus xvi.
De negligentibus xvii.
De auditoribus xviii.
De episcopis xix.
De sacerdotibus bonis xx.
De sacerdotibus malis xxi.
De clericis xxii.
De beneficiatis xxiii.
De ambitiosis xxiiii.
De studentibus xxv.
De advocatis xxvi.
De religiosis bonis xxvii.
De religiosis malis xxviii.
De novitiis xxix.
De iuvenibus xxx.
De monachis bonis xxxi.
De monachis malis xxxii.
De incipientibus xxxiii.
De proficientibus xxxiiii.
De perfectis xxxv.
De omnibus statibus xxxvi.
De monialibus xxxvii.
De virginibus xxxviii.
De viduis xxxix.
De coniugatis xl.
De ceteris statibus xli.
De pauperibus xlii.
De divitibus xliii.
De potentibus xliiii.
De iudicibus xlv.
De nobilibus xlvi.
De militibus xlvii.
De negotiatoribus xlviii.
De feneratoribus xlix.
De demonibus l.

De deo

De beato gregorio

Gregorius in morali
bus. Deus ipse manens
intra omnia ipse extra
omnia ipse infra omnia
et superior est per po
tentiam et inferior
per sustentationem et
exterior per magnitu
dinem et interior per sub
tilitatem. Idem deus hoc est quod habet, eternitatem quippe habet
sed ipse est eternitas. lucem habet sed lux sua ipse
est. Idem omnipotens deus et si per longum mutat sententiam consili
um numquam. Omnipotens deus quicquid nobis perventurum esse
prevalet sciens dissimulat exaudire dolenci
um vocem ut augeat utilitatem ut vita
per penam proficiat et quietis tranquillitas que hic non in
venitur in aliis queratur. Idem omnia humana que
iusta que perversa sunt dei iusticie et rectitudi
ni comparata nec iusta nec perversa sunt omnino nec
sunt. Idem conditor noster intra dispensatione consi
lii et culpas respiciat et veniendi tempora ipse pen
dit. ut longiora vite tempora aliis spacia augmentis
fiant adiutorium virtutis aliis vero incremento aug
menti dampnationis. Idem in omni vero nobis occur
rit summa medicina quia et dedit homini precepta ne
peccet et tamen peccanti dedit remedia ne desperet.
Idem sic ergo omnipotens deus quam similitudine ipsi dissimilis non est

eam in veritate videt quam audit omnia et eam in veritate
creat quam videt creata. Augustinus in epistola deus ubique
plenus est et ubique totus plenus nec ubique habitans sed in
templo suo. capitur equaliter totus ab aliis plus
ab aliis minus. Idem deus totus oculus est totus manus
totus pes est. totus oculus quia omnia videt. totus ma
nus quia omnia operatur. totus pes quia ubique est. Idem non tan
tum in hoc nos adiuvat deus ut sciamus quid agendum sit
verum etiam amando agamus quod discendo iam sci
mus. Idem dicit semel, iterum dixisse videtur dum sic est
in natura sua oculis hominis non potest nec solum homo nec an
geli nec throni nec potestates nec dominationes nec
omne nomen quod nominatur. Idem de confessione penitere deus et
non doles irasceris et tranquillus es. o pater mutas
nec mutas consilium. Idem o quam excelsus es domine
et humiles corde sunt domus tua. tu enim erigis
elisos et non cadunt quorum celsitudo tu es. Idem vo
luntas et potentia dei deus ipse est. Idem super genesim contra
manicheos. Deum dicimus tante bonitatis esse
tante iusticie tante incorruptionis ut nec peccet
nec alicui noceat quod peccare noluit nec ipsi qui
peccare noluit. Idem in soliloquio estimans deo crede ei
quia totum committe quantum potes. noli velle esse proprius
et in tua potestate sed eius clementissimi et utilis
simi domini te servum esse profitere ita enim te ad se sub
levare non desinet nichilque evenire permittet
nisi quod expediat et si nescias. Idem de coniugiis ad
ulterinis absit ut quisquam catholicus dicat quod sua
det spiritus sanctus non dominus sua deo cum et ipse dividit et in
separabilia sunt opera trinitatis. Idem de civitate dei. patientia
dei ad penitentiam invitat malos sicut flagellum dei
ad patientiam erudit bonos. Ambrosius super lucam. nil
perceptum nil conceptum nil emensum nil dimensum tri
nitas habet non loco clauditur nec opinione compre
henditur non estimatione concluditur non etate
variatur. Super psalmi de summo bono. Ille qui nos ma
los tolerat non dubium est quod conversis clementer ig
noscat. Idem de deo nec secundum quantitatem nec secundum qualita
tem nec secundum situm nec secundum habitum aut motum ad dig
ne dicitur in eo tamen et quedam latitudo est carita
tis qua nos et ab errore colligit et continet in
unitate. In eo et longitudo qua nos longanimiter
malos portat donec emendatos parte futuri re
servat. In eo est celsitudo per quam omnem sensum sue
scientie immensitate excurrit, est et profundum quo
dampnandos in terminis iuste equitatis disponens
preordinat. Idem quia sicut deus in vice compellit cum
magno dolore peccatores dampnare non eis
sic dolet quia et ipse ab eis offenditur. sed quia eis
invitus cogitur propter aliquid quod omnes cupit sal
vare. Idem deus gaudet non de suo lucro sed de nostra
salute certe non de sua iniuria sed de nostra

predicate. B(ernardus) de consideratione. Deus amat ut caritas, novit ut veritas, sedet ut equitas, dominatur ut maiestas, regit ut principium, tuetur ut salus, operatur ut virtus, revelat ut lux, assistit ut pietas. Idem. Deus non partibus constat ut corpus, non affectibus distat ut anima, non formis subsistit ut omne quod factum est. Idem super Cantica. Qui habitat vigilat super nos in defensionem et pro singulari singularis clementie oculus non dormit neque dormitat qui custodit Israel. Idem. Quidem necesse est non eum dormire neque dormitare qui pugnat pro Israel. Idem in sermone. Ubi magne misericordie spes, in immissio amaritudinis, sustinentia opitulantis virtus resistendi et sanitatis affectus. Auctor de spiritu et anima. Nemo de divina pietate diffidat quia maior est eius misericordia quam miseria et confessus ad eum toto corde clamaverit exaudiet illum quamvis impius corde est. Tandiu sicut ei utile esse peccatori veniam dare quam ipsi peccatori accipere. Sic ei festinat absolvere tormenta conscientie sue quia plus patitur cum compassione miseri quam ipse miser ex compassione sui. Glossa super Ione ii. Deus non misericors patitur est ut salvet per clementiam quos salvare non potest per iustitiam.

De xpo.

H[illegible] in more nunciante angelo [illegible] et adveniente spiritu mox verbum in utero verbum caro et manente in commutabili essentia que ei est cum patre et cum spiritu sancto coeterna, assumpsit ex matre virginea mutabilem ut et impassibilis pateretur et immortalis moreretur. Ante secula temporalis posset esse in fine seculorum ut prestabile sacramentum acciperet sancte et perpetua inviolabilis. Sed in utero virginis etiam eadem virgo et ancilla domini esset mater. Idem ad [illegible]. Deus apparuit in carne ut humana vita ad moriendo exemplo pendendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Idem. In altitudine sua divinitas a nobis ut potest per visibilia apprehendi non potuit, sed statuit se homini per humanitatem et est in iacentem ascendamus. Surrexit et levati sumus. Idem. Qui nos excitare fecit ex nihilo et sine sua morte revocare potuit a passione, sed ut quanta esset virtus compassionis ostenderet, sic pro nobis dignatus est quod esse nos voluit ut inferius ipso temporalem mortem susciperet quam a nobis in perpetuum fugaret. Idem. Mos medicine est ut aliquando similia similibus, aliquando contraria contrariis curet. Nam sepe calida calidis, sepe etiam calida frigidis, frigida calidis sanare consueverunt. Veniens igitur ad nos de celo medicus in tantis nos in desiderabili languoribus positos quedam nobis similia et quedam contraria apposuit. Ad homines enim homo venit sed ad peccatores iustus. Idem. Is enim qui propter nos minor angelis extitit equales nos angelis virtute sue immortalitatis fecit. Vivendo et moriendo docuit mortem non metuere, resurgendo de vita confidere, ascendendo de celestibus presumere, de divinitate gloriari. Idem super Ezechielem. Ut humanum genus a suo languore sanaret, tam magna apparuit potentia medici cum languor crevit egroti. Idem in sermone. Ad hoc unigenitus dei filius formam infirmitatis nostre suscepit, ad hoc invisibilis non solum visibilis sed et despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, illusionum verbera, passionum tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis deus. Idem. Descendendo ad inferos solos illos Christus per suam gratiam liberavit qui eum venturum esse crediderunt et precepta eius vivendo tenuerunt. Idem in omelia. Deus qui in utero virginis incarnatus in mundum sine peccato veniat nil contradictionis in semetipso tolerabat. Idem. O miser Christe viator factus est ut te sine labore faceret. Ex nihilo natus est ut prevaricatorem [illegible] deleret. Homo appellatus est ut te deum vocaret. Filius hominis deus est ut te in filium dei adoptaret. Idem. O misera. O vide dementia. Ille cum xxx denariis paciscebatur ut venderet et Christus ei sanguinem quo vendidit offerebat. Idem. Non sub tecto sed sub celo Christus immolabatur ut universus aer in excelso immolate hostie odore sancto mundetur, sed et terra sibi beneficium sentiebat dum ei defluentis sanguinis stillicidio mundata. Ambrosius de virginitate. Omnia Christus est nobis. Si vulnus curare desideras, medicus est. Si febribus estuas, fons est. Si gravaris iniquitate, iusticia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si celum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum queris, alimentum est. Gustate igitur et videte quoniam dominus suavis est. Idem super Lucam. Age illi infantie et vagientis abluunt fletus, mee lacrime illa delicta laverunt. Plus igitur domine iniuriis tuis debeo quod redemptus sum quam operibus quod creatus. Non prodesset nasci nisi redimi profuisset. Idem. Non solum fidem firmat sed et devotionem acuit quod Christus iniuria suscepta pro nobis celo terre maluit abolere voluit ut deo patri nostre precia libertatis ostenderet. Augustinus in meditationibus. Quid est Ihesus nisi salvator. Igitur propter temet ipsum esto mihi Ihesus. Noli domine, noli, domine, attendere meum ut obliviscaris bonum tuum. O bone domine, si ego admisi unde me dampnare potes, tu non amisisti unde salvare soles. Idem de vera religione. Totum peccatum contra prius non est appetimus ea que Christus contempsit aut fugimus ea que ille sustinuit. Tota itaque vita eius moribus per hominem quem suscipere dignatus est et disciplina morum fuit. Idem contra Iulianum. Caro Christi mortalitatem de mortalitate matris corporis traxit, quia mortale corpus in ventre contagium vero peccati originalis non contraxit, quia concumbentis concupiscentia non

invenit. Item Christus in carne quod in deo erat non tantum carnalis sed spiritualis natus est. natus est enim de spiritu sancto ac virgine maria. de spiritu sancto ut non esset in illo similitudo carnis peccati. Item H. v. Reles. Fusus est sanguis medici et factum est medicamentum freneticis. Item de pastoralibus. ab omnibus temptacionibus te eruet dominus si ab illo non recesserit cor tuum. venit ille pati venit ille mori. venit spuitis illini. venit spinis coronari venit obprobria sufferre. venit postremo ligno crucifigi. O iam si ille pro te. tu nil pro illo sed pro te. Item de cathe. vii. omnia bona terrena contempsit homo Christus dominus noster ut contempnenda monstraret et omnia terrena mala sustinuit que sustinenda precipiebat ut nec in illis quereretur felicitas nec in istis infelicitas timeretur. deperderetur anima. Venit filius dei querere quod perierat. sanare quod egrotabat. erigere quod iacebat. peccata dimittere peccatis quod non debebat donare quod ei debebatur ignoscere. Item de ordine discipline. Cum hominum genus totum tamen propter nos deus assumere atque agere dignatus est quanto minus vilis tanto est clemencia plenius et aquam in generosiorum superbia longe alterius remotius. Item in epistola ipsa virtus per inviolata nimis virginea viscera membra mentitis conducitur quam postea per hostem elaxata membra invenimus introducitur. Item de vir. di. multos filios dei fecit unicus filius dei. emit quia fratres sanguine suo. perlavit reparatus redemit venditus. honorificavit in iuriatus munificavit occisus. dubitas quod dabit bona sua qui non dedignatus est suscipere mala tua. Item in ser. ex palmarum que est ista palma victorie spinis coronatur qui in spinas peccatorum venit configere. ligatur qui solvit compeditos. ligno suspenditur qui erigit elisos. aceto potatur fons vite. disciplina cedit magister aliorum. dat vulneratur vita moritur. occidit ad tempus vita mors ut in perpetua vita occideret mors. — psi de su. lo. Christe sicut peccatum quod pena dignum est non admisisti ita penam peccati nostri suscepisti ut per indebitam penam suam debitam aboleret culpam nostram ut per hoc amitteret dyabolus quos reos tenebat dum unum interficeret quem nil peccati admiserat. Rab. iii. de laude crucis passio Christi celum supereminet. mundus regit. tartarum perfodit. in celis confirmat angelis redimit homines. conterit inimica stabilivit amica. Abstinencia quamvis inventa conservant sentencia. Inde timor in scientia. Inde timor ductus a pena fideles liberat. caritas salubris penitentes a peccatis mundat. concupia boni itaticum fructus generat. gaudium vite spe confidentes letificat. B. su. cō. Item

nexit et carne potentem ac patientem operatus mira. locutus salubria passus indigna evidenter ostendit quod ipse sit qui potenter sed invisibiliter cuncta condidit sapienter regit et benigne protegit. Item Frui um lius scilicet sapiens de illis virtutibus tam multa disputaverunt quos tamen apprehendere omnino nequiverunt. cum illum nesciant qui verus est nobis adeo sapiencia doctus prudenciam et iusticiam declarat, donans et sanctificatio in exemplum temperancie continenter vivens et redemptio in exemplum paciencie fortiter moriens. Item utrumque est in domino ihesu et speculum paciendi et premium paciendi utrumque fortiter provocat ac vehementer attenditur. Item an ignoras quod benignitas dei ad penitenciam te adducit. Ad hoc siquid diu suspendit summam ultionis a contempnente, ut quod exhibebat gratiam remissionis in penitente. Item Christus in carne assumpta descendit cum in culpe litatem. consiliarius in mortis suscepcione satisfecit pro anime dulcis et consiliarius prudens adiutor fortis. huic secundum me credo qui salvare me velit noverit possit. Item Ihesu mel in ore in aure melos in corde iubilus. Item ego fidenter quod ex me michi deest usurpo michi ex visceribus domini quoniam affluunt. nec desunt foramina per que effluant. foderunt manus eius et pedes latus lancea perforaverunt. et per has rimas licet michi sugere mel de petra oleum de saxo durissimo. Item ego frater ab ineunte mea conversione pro acervo meritorum que michi deesse sciebam michi fasciculum hunc colligere et inter ubera mea collocare curavi collectum ex omnibus anxietatibus et amaritudinibus domini mei. primum scilicet infantilium illarum necessitatum deinde laborum quos pertulit in predicando fatigacionum in discurrendo. vigiliarum in orando. temptacionum in ieiunando. lacrimarum in compaciendo. insidiarum in colloquendo. postremo periculorum in falsis fratribus. conviciorum sputorum colaforum subsannacionum exprobracionum clavorum. horumque similium. Item petra refugium herinaciis. et revera ubi tuta firmaque requies infirmis nisi in vulneribus salvatoris tanto illic securior quanto ille potentior ad salvandum. fremit mundus premit corpus insidiatur dyabolus non cado fundatus enim sum supra petram. Item apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. propterea copiosa quia non gutta sed unda sanguinis largiter per v partes corporis emanavit. quid est debuit facere et non fecit. Illum autem totum solvit victum reduxit erroneum reconciliavit reum. Item de omnibus super mansuetudinem que vite predicatur curremus post te domine ihesu audientes quod non spernas pauperem peccatorem non horreas. Item vult benignus dominus devoti animi lectus vultum et oculos in sua custodia ut illius ex hoc animum erigat et esse sui reddat ad toleranda

fortiorem cum ubi non recederet sua dum illius umbra in tue-
bus. Item in floribus. sitio magis dum dicit quam sitis. g(ra)-
ne te plus cruciat sitis quam crux. De cruce silest
de siti clamas. Sitio quid? uestram fidem. uestram salutem
uestrum gaudium plus animarum uestrarum quam corporis mei cruciatus
me tenet. Item quid est quod tandem domine quid loquens ait consum-
matum. Fecisti mihi de corde tuo speculum ani-
me mee. Item miser exclamauit christe serui ipsum formam
serui accipiens. Filius erat et seruus est tamen quod seruus
non solum formam serui accepit ut subesset. sed etiam ma-
li serui ut uapularet et serui peccatoris ut penam sol-
ueret cum culpam non haberet. Item in passione domini ca-
pitalis consistit in tribus. opus. modus. causa. natura in ope-
re paciencia. in modo humilitas. in causa caritas com-
mendatur. Item quam dulcem domine ihesu cum hominibus conuersatus es
quam humanum multa et magna bona hominibus lar-
giri dignatus es quam forte tam indigna et aspera
pro hominibus passus es ita ut liceat sugere mel de
petra oleumque de saxo durissimo. duro ad albu-
dinem ad illa duritie ad horrenda cru-
cis supplicia. Item unde nunc opera domini que possunt pro-
digia sicut enim. flagellis cesus spinis coronatus
clauis confossus affixus patibulo obprobriis saciatus
omnium tamen dolorum immemor ait. pater ignosce eis. Item
uident deus homines omnino carnales effectos tantam
eis dulcedinem in carne exhibuit ut durissimum
cordis quisque eum toto affectu non diligeret. Item an
trepidas ad christum accedere frater tuus est et caro tua
pro operatione temperatus aliis peccatis ut misericors fieret.
Item quis cogitare sufficiat qualiter dominus preuenit
nos. uenit ad nos subuenit nobis. singularis
illa maiestas uoluit mori ut uiueremus. ser-
uire ut regnaremus. exulari ut repatriare-
mus. et uilis ad seruilissima opera inclinata est ut
constitueret nos super omnia opera sua. Anselmus libro cur
deus homo. Quatuor modis potest deus facere hominem aut
de uiro et femina sicut assidue monstrat usus aut nec
de uiro nec de femina sicut creauit adam. aut de ui-
ro sine femina sicut fecit euam. aut de femina sine uiro
quod nondum fecit ut quartum hunc etiam modum probet sue sub-
iacere potestati et hic ad ipsum opus dilatum est esse nil con-
ueniencius quam ut de femina sine uiro assumat humanitatem
utrum quam de uirgine aut de non uirgine dignius sit fi-
at non est opus disputare. sed sine omni dubitatione
asserendum est quod de uirgine deum nasci oportebat.

Gregorius in omni singulare. c. iii. de eukaristia

ad absolucionem nostram oblata cum lac-
rimis et benignitate interit sacri altaris ho-
stia suffragatur quia ut qui in se surgens a mor-
tuis iam non moritur adhuc per hanc in suo misterio
pro nobis iterum patitur. Item in dyalogo. quis fidelium ha-
bere dubium possit in ipsa immolacionis hora ad
sacerdotis uocem celos aperiri in illo ihesu christi misterio
angelorum choros adesse summis ima sociari ter-
rena celestibus iungi unum quid ex uisibilibus
atque inuisibilibus fieri. sed notandum est tamen quod agimus nos
nos ipsos deo in cordis contritione mactemus. Item [illegible]
in decembre. Item duo. Item fuit quidam de coniugatis [illegible]
sua. Item [illegible] Item [illegible] uidimus sanguinem dominicum
fugiunt quos demones conuertuntur angeli hic
sanguis effusus omnem orbem terrarum lauit. Item in cer-
ta digna et fugata muste ministrorum celebrantibus
secreta aduersus partem cum magister ac magis-
ter mittantur cum non equo animo tolerare face-
rant. Item sicut corporalibus est uentre ieiuno
aduersus humoribus occupatum amplius ledit
magis nocet nisi prestat auxilium. ita et spiri-
tualibus si aliquis repertum malignum pollutum
magis eum potest non sua natura sed accipientis uicio.
Item nos in ecclesia iterum omni tempore ieiunare possumus
quasi in actibus apostolorum diebus pentecostes et die
dominico apostolum paulum et cum eo credentes fecisse
legimus eukaristiam quibus aliis consideratione nostri
et pungente consciencia sic possimus accipere. Augustinus
de ecclesiasticis dogmatibus. cotidie eukaristie communionem
accipere nec laudo nec uitupero. omnibus tamen dominicis
diebus communicandum hortor si tamen mens in affectu pec-
candi non sit. Item de c[illegible] domini corporis et sanguinis et
sacrificium successit omnibus illis sacrificiis ueteris que
immolabantur in umbra futuri et propter pro omnibus illis sa-
crificiis et oblacionibus corpus offertur et participan-
tibus ministratur. Vide in legenda sancti malachie.
eukaristie plene sacramentum potens est peccatorum
debellare ubi uinas prestes interire et reitentes
de terra. c. iiii. de cruce

Gregorius super ezechielem. Redemptor noster ad passionem
ductus lignum quod crucis ipse portauit et hic
in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus ut
tamen immortalis manet ex diuinitate. Ambro-
sius libro in macabeorum. Crux obprobrium perfido. fideli autem gratia
fideli redemptio. fideli corona est. quia pro nobis passus
est dominus. Illo nos redemit sanguine illa ad pa-
radisum rubrum uocauit. Item quid in se crux nobis
totius beatitudinis causa est. Haec nos a cecitate liberauit
erroris. haec e tenebris reddidit luci. haec debellatos
deo sociauit. haec alienatos deo coniunxit. haec pe-
regrinos ciues ostendit. Item crux spes christianorum est
resurrectio mortuorum. c. cecorum dux. c. desperatorum uita.
c. claudorum baculus. c. consolatio pauperum. Item crux ado-
lescencium pedagogus. c. sustentaculum in opum. c.
spes desperatorum. c. nauigancium gubernator.
crux periclitancium portus. crux obsessorum murus.
Item crux insensatorum sapiencia. crux libertas ser-
uorum. c. in prelatorum [illegible]. crux lex impiorum. c.

prophetarum preconizatos · c · amicitias apostolorum · c · martyrum gloriatos · c · monachorum abstinentia · c · virginum castitas · c · gaudium sacerdotum · c · ecclesie fundamentum ·

Augustinus in sermone · Crux que erat in pena manet in gloria · a locis suppliciorum facta est transitum ad frontes imperatorum · Si ergo tantum honorem dedit penis suis · quid servat fidelibus suis · Ipsa de summo bono quietis · o mens per celi [illegible] involvis legitur ostende [illegible] ut a magna tempestate [illegible] liberis ·

In [illegible] in cruce pendet omnis fructus vite quia ipsa est arbor vite que est in medio paradisi · Ipsa est longitudo et latitudo sublimitas et profundum · ipsa bonos colligit et remunerat · ipsa malos dispergit et condempnat · ipsa est mestorum consolatio · esurientium refectio peccatorum gloriatio ·

Fulbertus de laude crucis · Mors in cruce insinuatur · amore redemptorum demonstratur · sanctorum mortificatio terminatur · omnium virtutum precio premittitur ad eternam vitam · hic eterne beatitudinis spatium adeptorum et vere felicitatis acquisitio · Per te sancta angeli gaudia sua accumulata conspiciunt · in te homines viam salutis sue cognoscunt · in te [illegible] retribucionem fundis sue receperunt omnibus et cum omnibus bona omnibus iusta · perdita renovas · presentia illustras · futura premonstras · perdita requiris · quesita invenis · inventa custodis · Per tu sancta est peccatorum et remissio · pietatis exhibicio et malorum augmentatio · infirmorum remedium · laborantium [illegible] et lassorum refrigerium · sanorum incolumitas · [illegible] serenitas et fortunatorum felicitas · Per tu sancta crux cunctos egrotos medicans · tu gaudium mestos consolaris · tu sanitas mestos letificans · tu [illegible] credentium rectio · tu firmitas [illegible] · tu virtus [illegible] vite · sancta · pia · bona · [illegible] ·

Cassiodorus super psalterium · crux est [illegible] in victa tuitio · superborum abiectio · victoria christi · infernorum destructio · celestium reformatio · mors infidelium · vita iustorum · c · v · de beata maria

Gregorius in registro · Dum unigenitus dei filius ex sancta ex marie utero natus est homo · investigabili miraculo factum est et ancilla hominis [illegible] carnem · Per in moralibus de illo illo · luc · i · virtus altissimi obumbrabit tibi · quia [illegible] umbra [illegible] non aliter exprimitur nisi per lumen et corpus · virtus altissimi marie obumbravit quia in eius utero lux incorporea corpus sumpsit [illegible] videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit · Per [illegible] non operante coitu sed spiritu superveniente conceptus est natus [illegible] et fecunda exhibuit et incorrupta sua-vit ·

Ambrosius de virginitate · Talis fuit maria ut vel eius unius vita omnium disciplina sit · [illegible] marie excepta [illegible] · Per vide maria [illegible] dit et credidit · vidit et maria magdalena quando ad hoc veniret · Per virgo erat maria non solum corpore sed et mente que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum · corde humilis · verbis gravis · animo prudens · loquendi parcior · legendi studiosior · non in incerto divitiarum sed in prece pauperum spem ponens · intenta opere · verecunda sermone · Per quam lesit maria vultu parentes · quam dissensit a propinquis · [illegible] fastidivit humilem · quam risit debilem · quam vitavit inopem · eos solum solita est virorum invisere quos nec misericordia erubesceret nec preteriret verecundia · Per nil torvum in oculis marie · nil in verbis procax · nil in actu verecundie · non gestus fractior · non incessus lacior · non vox petulantior · ut ipsa corporis species simulacrum sit mentis figura probitatis ·

Augustinus [illegible] sermone v · [illegible] sic intransitu [illegible] marie non est corrupta virginitas · sic in ea ubi maculata [illegible] · Per nulle sordes in maria que non concipiendo libidinem nec pariendo passa est dolorem · nulle sordes in domo ad quam nullus peccatorum accessit · Solus ad eam fabricator eius dominus venit · Per eva inobediens meruit penam · maria obediendo consecuta est gratiam · illa gustando [illegible] vetitum maledictum · sed credendo angelo benedictum · Per de virginitate · beatior maria percipiendo fidem christi quam concipiendo carnem christi · Per materna propinquitas nil marie profuisset nisi felicius christum corde quam carne gestasset · Ipsa quidem virginitas eo gratior acceptiorque quia non eam christus conceptus viro violaturus conservaret ipse prius [illegible] sed prius quam conciperetur iam deo dicatam de qua nasceretur elegit · Per quod [illegible] quibus [illegible] non cognosco · quod profecto non diceret nisi deo virginem se ante vovisset · sed quia hoc israelitarum mores adhuc recusabant · desponsata est viro iusto non violenter ablaturo sed potius contra violentos custodituro quod illa iam voverat ·

Per in sermone · ita [illegible] maria [illegible] esse in christo · quia in christo [illegible] moriens et sursum [illegible] gloriose ad eternitatis gaudia assumpta benignitate christi honoratis suscepta celis atque ad eandem immutabilitatem non esse adducta post mortem putredinis videlicet immunis et pulveris ·

Bartholomeus [illegible] pena [illegible] in corde suo ut dixit dominus [illegible]

ostendit se virginitatem vovisse, cum hoc a nullo homine
nec verbo didicisset nec exemplo ad imitationem in
venta fuisset. Unde Isidorus: Sicut in comparatione dei
nemo bonus, ita in comparatione matris domini nulla in
venitur perfecta, quamvis virtutibus eximia comprobe
tur. Unde tota replente spiritu sancto gratia tota incan
duerat divini amoris, ita ut in ea non esset munda
nus qui violaret affectus, sed ardor continuus et
ebrietas perfusi amoris. Unde quicquid in Maria ge
stum est, totum puritas et simplicitas, totum
veritas et gratia fuit, totum misericordia et iustitia que de
celo prospexit. Unde Maria quia mente passa est plus
quam martyr fuit. Nimirum quia eius dilectio amplius
fortis quam mors, quia mortem Christi suam fecit. Unde de
Spiritu dei omnis virtus angelorum constat beatam
et gloriosam virginem in qua superveniente spiritu sancto et deus
totus illapsus portatur, pre mulieribus in verbo cre
dens ampliora pre ceteris virtutum privilegia
et perfecte gratiam ab angelo. Unde si in domo patris
mansiones multe sunt, eo minus splendidiorem
matri filium fecisse quam olim edificavit sibi domum,
et excidit columpnas vii. Io. ex. ter. q.
O inestimabilis laus Marie. Magis credebat Io
seph castitati eius quam utero eius, et plus gratie quam
nec conceptionem in ventre videbat et fornica
tionem suspicari non poterat. Possibilius esse crede
bat mulierem sine viro posse parere. Unde conveni
ens autem violenta nunquam Maria fuit, quia
omnis mulier que violenta est et commessatrix inve
nitur est. Non levis, non iocosa, non cantatrix, non tur
pium verborum amatrix, sicut solent plerique pu
elle que libenter talia aut loquuntur aut audiunt.
Sic enim oculos suos extulerat cum in spec
aspectum pudici decoris. Maria que intem
perate domina sui ministratrix, clara stirpe David,
virga Iesse, ortus conclusus, fons signatus,
mater domini, templum dei vivi, sacrarium spiritus sancti.
Beda: In omni quippe angelico aspectu simul et casti
tatem mirum, perfecta angelicam vitam studuit imi
tari. Unde dicebat ut sic experimento eius moris
fuit, ita per humilitatem Marie pandebat in
troitus vite. Io. damascenus libro suo: Maria in
domo domini plantata et impinguata spiritu ut
oliva fructifera omnis virtutis domicilium facta,
ab omni vite huius et carnali desiderio mente deductos
et ita virginem animam observans cum corpore ut de
cebat deum in sinu suscipere futurum. Bernardus sermo:
est sagitta electa amor, que Marie animam non
tantum confixit sed et pertransiit, ut nullam in pectore
virginali particulam vacuam amore relinqueret,
sed toto corde, tota anima, tota virtute dili
geret et esset gratia plena. Unde scribitur: in periculis,

in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita,
Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat
a corde. Et ut impetres eius orationis suffragium, non
deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens non devi
as, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans
non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegen
te non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propi
tia pervenis. Unde quemadmodum monstratum est in rubo et
igne Moysi, in virga et flore Aaron, in vellere et
rore Gedeonis, hoc a parte Salomon videtur in forti muliere et ei
pretio; a patribus prenuntiant Ysaias de stella et virgo ap
tissime declaravit de virgine et deo. Gabriel in
tandem exhibuit ipsam virginem salutando.
Unde ipsa conteret caput tuum. Genesis iii. Cum hoc sua
tanta victoria est non Marie ipsa procul dubio caput
contrivit venenatum quod omnimodam maligni sug
gestionem tam de carnis illecebra quam de mentis superbia
deduxit ad nichilum. Unde audi filia et vide et
inclina aurem tuam. Inclinavit Maria aurem suam videlicet ad obe
dientiam et cor suum ad disciplinam. Et oblita est
populum suum et domum patris sui, quia et populum auge
re per successionem nec domum patris sui relinquere
timuit hodie, sed quia honoris in se quam de
paterna domo regum tenerat, super potentiam omnia
arbitrata est quasi stercora ut Christum lucrifaceret. Unde
ipsa est nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius ra
dius universum orbem illuminat, cuius splendor in
supernis perfulget et inferos penetrat, terras per
lustrans et calefaciens magis mentes quam corpora, fo
vet virtutes, excoquit vitia. Unde in epistola fuit
procul dubio mater domini ante sancta quam nata, et talis
omnis sancta ecclesia semper reputavit ipsam nativitatis
diem. Unde decuit reginam virginum singulari pri
vilegio sanctitatis absque omni peccato ducere vitam que
dum peccati mortis quam perdere peremptorem et mun
ditie et iustitie omnibus optineret. Unde si autem conceptum
suum sanctificari nimirum potuit quamvis non erat, sed nec
in ipso conceptu propter peccatum quod in eum restat ut post
conceptum in utero iam existens sanctificationem accepisse
credatur. Unde inter. Sileat misericordiam tuam beata virgo
si quis est qui invocatam te in necessitatibus suis sibi me
minit defuisse. Nos quidem servuli tui ceteris in
virtutibus congaudemus tibi. Sed in hac potius
nobis ipsis laudamus virginitatem, humilitatem
miramur, sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam
amplectimur carius, recordamur sepius,
crebrius invocamus. Hec est enim que totius mundi repa
rationem optinuit, salutem omnium impetravit. Unde quis
misericordie tue o benedicta longitudinem, latitudinem,
sublimitatem et profundum queat investigare? Nam
longitudo eius usque in novissimum diem invocan
tibus subvenit universis. Latitudo eius replet

orbem terrarum ut sua quoque vita plena sit omnis terra; sit et sublimitas eius civitatis superne invenit restauracionem et profundum eius sedentibus in tenebris et umbra mortis optinuit redempcionem. Unde maria omnibus omnia facta est sapientibus et insipientibus copiosissima caritate debitricem se fecit omnibus misericordie sinum aperuit ut plenitudine illius accipiant universi captivus redempcionem egrotus curacionem tristis consolacionem peccator veniam iustus graciam angelus leticiam. denique tota trinitas gloriam filius persona carnis humane substanciam. Unde fuit beata virgo foris in presepio tempanis in silencio plena introgressione ita iocunde. Unde inter sola beata virgo rex ille dives et predives exinanitur et rex celorum humiliatur et immensus abbreviatur et ab angelis minoratur. verus denique deus et dei filius incarnatur. Sed quo fructu? nempe ut omnes eius paupertate locupletentur eius humilitate sublevemur eius minoracione magnificentur eius incarnacione adherentes deo incipiant unus esse spiritus cum eo. Unde maria salutatur ab angelo non solum plena sed et adhuc supervenientem virtutem iam asserit spiritum sanctum ad quod non ut adveniente iam spiritu plena sed eodem superveniente nobis quoque sit plena et effluens. Sic rectius ad advocatam provenit post natum nostra quem tanquam iudicis nostri et misericordie medie suppliciter et efficacie salutis nostre negocia pertractabit. Unde filio loquitur maria peccatorum scala maria mea maxima fiducia est hec tota racio spei mee. quod enim potest neque filius aut repellere aut sustinere repulsam. non audiri filius potest neutrum plane. Invenit ait angelus graciam. sola est gracia qua egemus. Unde non sola marie caritate commendatur humilitas sed evidencius resonat in sermone audierat quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei et michi ad quod ancillam eius se esse fatetur. Anselmus de conceptu virginali. Decebat enim ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret. ut ea puritate qua maior sub deo nequit intelligi virgo illa niteret. cui deus pater unicum filium quem de corde suo equalem sibi genuit tanquam se ipsum diligebat ita dare disponebat. Unde in libro orationum sic o beatissima omnis a te despectus necesse est ut intereat. ita omnis ad te conversus et a te respectus impossibile est ut pereat. Unde o femina mirabiliter singularis et singulariter mirabilis per quam elementa renovantur inferna remediantur homines salvantur angeli redintegrantur. o femina plena et superplena gracia de cuius plenitudinis exundancia respersa sic revirescit omnis creatura o virgo benedicta per cuius benediccionem benedicitur omnis creatura non solum creatura a creatore sed et creator a creatura. Unde ait solum loquitur domina verbis tuis plenum esse mundum. inferna penetravit celos superavit per plenitudinem enim gracie tue et qui in inferno erant se letantur liberari et qui super celum sunt se gaudent restaurari. c. vi. de angelis.

